BIBLIOTHECA MEDICI ERUDITI PETRO A CASTRO BAYONATE AUCTORE, NUNC...

Pedro : de Castro, Andrea Pasta

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE
BUONAMICI
440

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
DI FIRENZE

OPERE BIBLIOGRAFICHE E BIOGRAFICHE

RACCOLTE DAL

DOTT. DIOMEDE BONAMICI

di Livorno (1823-1912)

Novembre 1921.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
MEDICI ERUDITI
PETRO A CASTRO
BAJONATE
AUCTORE,

NUNC PRIMUM AB

ANDREA PASTA
BERGOMATE

Recenſita, atque aucta;

IN QUA

Scriptorum Medicorum, Chirurgicorum, aliarumque facultatum ad eruditum Medicum ſpectantium, tum veterum, tum recentiorum delectus inſtituitur non ſine cenſura, atque annotationibus Tyronibus Medicis apprime utilibus.

BERGOMI, MDCCXLII.
Ex Typographia Joannis Santini.
SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Buon. 440

Digitized by Google

ANDREAS PASTA
L E C T O R I S.

QUI a philoſophicis diſciplinis ad ſtudium medicinæ tranſeunt, fere hærent Tyrones librorum copia territi, nec quo ſe vertant ſciunt. *Omnino* enim, teſtante Lindano in manud. ad med. *iſtorum adeo numerus excrevit, ut neſcias, pluſne ſtudiis acceſſerit, an bibliothecis*. Quo fit, ut commmiſſa vulgaribus ſæpe medicis delectus faciendi provincia, ſæpe quoque imperitis prorſus hominibus; aut librorum copia obrutos Tyrones videas, novoque delectu indigentes; aut libris privatos, qui neceſſarii omnino ſunt, pluribus vero inſtructos eorum, qui ἄμουσοι circumferuntur, quoſque ineditos velis. Hinc falſa hauriuntur dogmata; hinc præpoſtera curandi methodus; quæ ſane nunquam, aut niſi ſumma cum difficultate non tollitur, longoque uſu artis. Hac re animadverſa plures egregii viri bibliothecas conſtruxerunt medicas; at præter

Digitized by Google

unum PETRUM a CASTRO BAJONATEM medicum Veronenſem experientiſſimum, multis ſcriptis clarum, imprimiſque BIBLIOTHECA hac eadem MEDICI ERUDITI, Patavii anno 1654. 12. edita; vix reperias, qui bibliothecam texuerit medicam, nec nimium contractam, nec mole laborantem; neque in qua ſinceriora judicia, aut delectum meliorem expectes. Ut ut autem in univerſum hęc vera ſint, negandum tamen non eſt, in hac ipſa bibliotheca nonnullos auctores præcipuos deſiderari, quoſdam inferioris notæ adduci, nec ullam editionum mentionem uſquam fieri. Eo igitur operam meam omnem contuli omiſſos auctores recenſendo, illuſtriores in ſingulis artis partibus afferendo, editionesque principum certe medicorum, aliorumque ſummorum hominum, præſtantiores indicando, qua græcas, qua latinas, & latino-græcas: quod utique non ad eruditionis modo incrementum, ſed, quod pluris eſt, ad auctorum mentem aſſequendam, conferre, & quidem plurimum, haud dubie affirmaveris. Præter hæc interdum quoque ab Auctoris mente diſcedere non dubitavi: non tamen id factum ſine judicio præſtantiſſimorum virorum, ac potiſſimum Hermanni Conringii, *æſtimatoris*, penes VVedelium in præfat. ad obſ. Lommii, *auctorum medicorum ſinceriſſimi, & celeberrimi*; aut non ſine ratione factum uſuque ſuadente. Tum bibliothecam

thecam

Digitized by Google

thecam hanc præſtantioribus recentiorum ſcriptis in hanc uſque diem emiſſis auxi; quodque pergratum utileque Tyronibus fore arbitror, innui, quos ipſimet libros, quoſque provectiores medici evolvere debeant, ne ſcilicet, qui profuturi ſunt tempore, obſint, ſi intempeſtive legantur. Demum cum haud raro accidat, alios præ inopia multis libris continuo emendis eſſe impares, alios aliis, craſſiori minerva juvenes, intelligendis; contractam ideo bibliothecam attexui eos tantummodo comprehendentem, quibus nullus omnino medicus carere debet; non tamen ſine ſpe, locupletatum iri eandem, ſtatim atque ingenium acui, aut res domeſtica id pati cœperit. Vale, laboremque hunc meum, qualiſcumque ſit, æqui bonique conſule.

Bergomi VII. Cal. Julii MDCCXLII.

Digitized by Google

Non refert quam multos, ſed quam bonos habeas libros: *Lectio certa prodeſt, varia delectat.*

Seneca epiſt. XLV.

Digitized by Google

Suis dilectiſs. Praxeos Studioſis

PETRUS A CASTRO M.

S. D.

AMbulante Bibliotheca exornari tironem Medicum, Clariſſimi juvenes, ambiebat magnus ille Veronenſium Medicorum Apollo Franciſcus Pona, & ut Apollinem decent Oracula docta obſcuritate rem obvelavit; ambigue loquutus eſt, prudenter tamen, ut multa paucis comprehenderet, & ſingulis ingeniis opportunum offerret alimentum. An dum ambulantem quærit, levem exoptat, arctam nimis, aut inopem Muſarum ſupellectilem? An imperitam ſuadet Scriptorum notitiam? Neutiquam ſane: non equidem ſub immenſo codicum onere ſuccumbere ſtudioſum animus eſt, cum importuna librorum multitudo remora ſit potius ſtudiorum, quam diſciplinarum penarium, ſed mediocrem & honeſtum numerum, in quo velut in tabella geographica totius imperii medicinæ ſingulæ regiones delineatæ conſpiciantur. Supplebit auctorum defe-

Digitized by Google

ctum ambulans Bibliotheca. Sed quænam ea ſit quæritis? Audite ſolventes oraculum Platonem, & Hippocratem, qui Orbem peragrando, Philoſophiæ ac Medicinæ principatum, ducto ad umbilicum naturæ volumine merito adepti ſunt; peregrinationem intelligent in diverſas Orbis partes, ut vir cum Homero prodeat ſapientiſſimus, qui mores hominum multorum viderit, & Urbes. *Utiliſſimam, Gymnaſiorum Europæ perluſtrationem, in quibus cum inclytis litterariæ Reipublicæ principibus ineantur erudita fœdera. Sed ſolertiſſimus Pergamenus nodum aliter ſolvit: nimirum medicum etiam poſtulat ambulantem, nunquam incautum, nunquam inermem, ſed promptum ſemper opportuna facere, ne urgente malo, ad evolvenda volumina cum dedecore cogatur refugere, ſed ſagaciter omnem mente & judicio verſans librorum copiam, cunctis exemplo præſto ſit* ſymptomatum *periculis. Nec Oedipus Ariſtoteles Sphyngem relinquet intactam, ut extricet, ut aperiat: ambulans ipſe ut docebat philoſophari, ſic videtur Bibliothecam exigere ambulantem ſtudioſo Medico, cui nec deambulanti quidem quicquam aliud ſit cogitandum, quam de arte Medica, quæ totum deſiderat hominem, perfectius excolenda. Hactenus antiqui. Sed & ænigmatum peritiſſimi conjectores neoterici, Fernelius, Valleſius, Mercurialis, Sennertus, Fracaſtorius, & ſexcenti, ad mentem auctoris rem diligentius expenderunt. Ambulan-*

bulan-

Digitized by Google

bulantes conſtruxere, & ipſi Bibliothecas, non unico medicinæ affixas angulo, ſed diffuſas & per immenſum encyclopædiæ Oceanum longe lateque vagantes; ambulantem certe eam dicent, quæ medicum in ſingulis artis partibus exactiſſime erudiat; quæ in meſſem alienam aliquantulum falcem immittere patiatur, non ut relictis propriis jatroſophiæ fontibus, in aliarum diſciplinarum gurgites omnino immergantur ſtudioſi, ſed ut ex earum medullis rorem exſugant ſaluberrimum, quo fertilis ager medicinæ uberius valeat fœcundari. Vobis igitur ſtudioſiſſimi juvenes, haſce Bibliothecas enixe commendo, & quia non omnibus datum eſt primam evolvere, quod nullis parcendo ſumptibus, nullis territi viarum periculis, vos Germani generoſiſſimi alacriter & glorioſe facitis, ſecundam ac tertiam inſtructiſſimas comparate, ut ad ægrotantes forte accerſiti, tum pro conſiliis ex abrupto ineundis, tum pro auxiliis præcipiti occaſione conferendis, hoc ſolum unicum ſtuduiſſe videamini. Sic ad omnia paratos vos reddent indefeſſæ meditationes. Nulla enim ratio diſcendi præſtantior, cum non ea quæ audimus aut legimus ſolum, ſed quæ multum diuque meditamur optime calleamus. Proinde ſingulis ſtudiorum generibus hoc brevi catalogo quartam ſuggero ambulantem Bibliothecam, ut Vir Medicus inſtar multorum hominum ſit, *& in bonarum litterarum arena plurimum excitet eruditionis pulverem. Potuiſſem minori quidem numero circu-*

lum

lum claudere. Sed in perlegendis Scriptoribus hoc unum advertite, nobilioribus etiam Medicis illud contingere, quod pictoribus celeberrimis, quorum alii eo ſunt genio, ea naturæ peculiari propenſione, ut admiranda linearum ſyndrome ſimillimos hominum vultus valeant dumtaxat exprimere; alii parvis ac minimis figuris apprime delectentur, in grandioribus minus ſolertes; alii in procellis & maritimis fluctibus imitandis ſint admirandi; alii in ruralibus inimitabiles, alii florum & fructuum nativam elegantiam ſuperante penicillo, poſſint vel ipſas aviculas fallere; alii fictis juvencis, tauros in furores agere venereos. Non ſecus res ſe habet apud Scriptores primi nominis, qui etiamſi propter immenſos labores, & indefeſſas lucubrationes de Republica litteraria habeantur optime meriti, in uno tamen magis excelluerunt. Quapropter plures in meum Catalogum convocavi, ut ab unoquoque quod præſtantiſſimum eſt hauriatis, & ex ſingulorum diligentius excultis laboribus, quietem vobis tranquillam, & glorioſam comparetis. Valete dilectiſſimi liberi a veſtra animata Bibliotheca.

P. a C. M.

B I-

BIBLIOTHECA MEDICI ERUDITI.

AUCTORE

PETRO A CASTRO D. M.

QUibus libris ſtipari Medicus, quibus auctoribus perlegendis inſudare, aut quibus majori ſedulitate, minorive attentione ſe tradere debeat, aggredior deſcribere; non ut in eliminandis aut elimandis illuſtrium virorum monumentis rigidum agere velim Ariſtarchum; & veru nimium audaci præclara doctorum ſcripta figere, minus forſan idoneum, quam deceat proferendo judicium, animus eſt ſolummodo in unaquaque Medicinæ parte junioris Medici ſtudium hoc bre-

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE
CENTRALE FIRENZE
BUONAMICI
44

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
DI FIRENZE

OPERE BIBLIOGRAFICHE E BIOGRAFICHE

RACCOLTE DAL

DOTT. DIOMEDE BONAMICI

di Livorno (1823-1912)

Novembre 1921.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA
CENTRAL
BUON
4

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
MEDICI ERUDITI
PETRO A CASTRO
BAJONATE
AUCTORE,

NUNC PRIMUM AB

ANDREA PASTA
BERGOMATE

Recenſita, atque aucta;

IN QUA

Scriptorum Medicorum, Chirurgicorum, aliarumque facultatum ad eruditum Medicum ſpectantium, tùm veterum, tum recentiorum delectus inſtituitur non ſine cenſura, atque annotationibus Tyronibus Medicis apprime utilibus.

BERGOMI, MDCCXLII.

Ex Typographia Joannis Santini.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Buon. 440

Digitized by Google

ANDREAS PASTA

LECTORI S.

QUI a philoſophicis diſciplinis ad ſtudium medicinæ tranſeunt, fere hærent Tyrones librorum copia territi, nec quo ſe vertant ſciunt. *Omnino* enim, teſtante Lindano in manud. ad med. *iſtorum adeo numerus excrevit, ut neſcias, pluſne ſtudiis acceſſerit, an bibliothecis*. Quo fit, ut commmiſſa vulgaribus ſæpe medicis delectus faciendi provincia, ſæpe quoque imperitis prorſus hominibus; aut librorum copia obrutos Tyrones videas, novoque delectu indigentes; aut libris privatos, qui neceſſarii omnino ſunt, pluribus vero inſtructos eorum, qui *ἄμυσοι* circumferuntur, quoſque ineditos velis. Hinc falſa hauriuntur dogmata; hinc præpoſtera curandi methodus; quæ ſane nunquam, aut niſi ſumma cum difficultate non tollitur, longoque uſu artis. Hac re animadverſa plures egregii viri bibliothecas conſtruxerunt medicas; at præter

Digitized by Google

unum PETRUM a CASTRO BAJONATEM medicum Veronenſem experientiſſimum, multis ſcriptis clarum, imprimiſque BIBLIOTHECA hac eadem MEDICI ERUDITI, Patavii anno 1654. 12. edita; vix reperias, qui bibliothecam texuerit medicam, nec nimium contractam, nec mole laborantem; neque in qua ſinceriora judicia, aut delectum meliorem expectes. Ut ut autem in univerſum hęc vera ſint, negandum tamen non eſt, in hac ipſa bibliotheca nonnullos auctores præcipuos deſiderari, quoſdam inferioris notæ adduci, nec ullam editionum mentionem uſquam fieri. Eo igitur operam meam omnem contuli omiſſos auctores recenſendo, illuſtriores in ſingulis artis partibus afferendo, editioneſque principum certe medicorum, aliorumque ſummorum hominum, præſtantiores indicando, qua græcas, qua latinas, & latino-græcas: quod utique non ad eruditionis modo incrementum, ſed, quod pluris eſt, ad auctorum mentem aſſequendam, conferre, & quidem plurimum, haud dubie affirmaveris. Præter hæc interdum quoque ab Auctoris mente diſcedere non dubitavi: non tamen id factum ſine judicio præſtantiſſimorum virorum, ac potiſſimum Hermanni Conringii, *æſtimatoris*, penes VVedelium in præfat. ad obſ. Lommii, *auctorum medicorum ſinceriſſimi, & celeberrimi*; aut non ſine ratione factum uſuque ſuadente. Tum biblio-

thecam

thecam hanc præſtantioribus recentiorum ſcriptis in hanc uſque diem emiſſis auxi; quodque pergratum utileque Tyronibus fore arbitror, innui, quos ipſimet libros, quoſque provectiores medici evolvere debeant, ne ſcilicet, qui profuturi ſunt tempore, obſint, ſi intempeſtive legantur. Demum cum haud raro accidat, alios præ inopia multis libris continuo emendis eſſe impares, alios aliis, craſſiori minerva juvenes, intelligendis; contractam ideo bibliothecam attexui eos tantummodo comprehendentem, quibus nullus omnino medicus carere debet; non tamen ſine ſpe, locupletatum iri eandem, ſtatim atque ingenium acui, aut res domeſtica id pati cœperit. Vale, laboremque hunc meum, qualiſcumque ſit, æqui bonique conſule.

Bergomi VII. Cal. Julii MDCCXLII.

A 3

Non refert quam multos, ſed quam bonos habeas libros: *Lectio certa prodeſt, varia delectat.*

Seneca epiſt. XLV.

Digitized by Google

Suis dilectiſs. Praxeos Studioſis

PETRUS A CASTRO M.

S. D.

AMbulante Bibliotheca exornari tironem Medicum, Clariſſimi juvenes, ambiebat magnus ille Veronenſium Medicorum Apollo Franciſcus Pona, & ut Apollinem decent Oracula docta obſcuritate rem obvelavit; ambigue loquutus eſt, prudenter tamen, ut multa paucis compreherderet, & ſingulis ingeniis opportunum offerret alimentum. An dum ambulantem quærit, levem exoptat, arctam nimis, aut inopem Muſarum ſupellectilem? An imperitam ſuadet Scriptorum notitiam? Neutiquam ſane: non equidem ſub immenſo codicum onere ſuccumbere ſtudioſum animus eſt, cum importuna librorum multitudo remora ſit potius ſtudiorum, quam diſciplinarum penarium, ſed mediocrem & honeſtum numerum, in quo velut in tabella geographica totius imperii medicinæ ſingulæ regiones delineatæ conſpiciantur. Supplebit auctorum defe-

ctum ambulans Bibliotheca. Sed quænam ea ſit quæritis? Audite ſolventes oraculum Platonem, & Hippocratem, qui Orbem peragrando, Philoſophiæ ac Medicinæ principatum, ducto ad umbilicum naturæ volumine merito adepti ſunt; peregrinationem intelligent in diverſas Orbis partes, ut vir cum Homero prodeat ſapientiſſimus, qui mores hominum multorum viderit, & Urbes. *Utiliſſimam, Gymnaſiorum Europæ perluſtrationem, in quibus cum inclytis litterariæ Reipublicæ principibus ineantur erudita fœdera. Sed ſolertiſſimus Pergamenus nodum aliter ſolvit: nimirum medicum etiam poſtulat ambulantem, nunquam incautum, nunquam inermem, ſed promptum ſemper opportuna facere, ne urgente malo, ad evolvenda volumina cum dedecore cogatur refugere, ſed ſagaciter omnem mente & judicio verſans librorum copiam, cunctis exemplo præſto ſit* ſymptomatum *periculis. Nec Oedipus Ariſtoteles Sphyngem relinquet intactam, ut extricet, ut aperiat: ambulans ipſe ut docebat philoſophari, ſic videtur Bibliothecam exigere ambulantem ſtudioſo Medico, cui nec deambulanti quidem quicquam aliud ſit cogitandum, quam de arte Medica, quæ totum deſiderat hominem, perfectius excolenda. Hactenus antiqui. Sed & ænigmatum peritiſſimi conjectores neoterici, Fernelius, Valleſius, Mercurialis, Sennertus, Fracaſtorius, & ſexcenti, ad mentem auctoris rem diligentius expenderunt. Ambulan-*

bulan-

Digitized by Google

bulantes conſtruxere, & ipſi Bibliothecas, non unico medicinæ affixas angulo, ſed diffuſas & per immenſum encyclopædiæ Oceanum longe lateque vagantes; ambulantem certe eam dicent, quæ medicum in ſingulis artis partibus exactiſſime erudiat; quæ in meſſem alienam aliquantulum falcem immittere patiatur, non ut relictis propriis jatroſophiæ fontibus, in aliarum diſciplinarum gurgites omnino immergantur ſtudioſi, ſed ut ex earum medullis rorem exſugant ſaluberrimum, quo fertilis ager medicinæ uberius valeat fæcundari. Vobis igitur ſtudioſiſſimi juvenes, haſce Bibliothecas enixe commendo, & quia non omnibus datum eſt primam evolvere, quod nullis parcendo ſumptibus, nullis territi viarum periculis, vos Germani generoſiſſimi alacriter &glorioſe facitis, ſecundam ac tertiam inſtructiſſimas comparate, ut ad ægrotantes forte accerſiti, tum pro conſiliis ex abrupto ineundis, tum pro auxiliis præcipiti occaſione conferendis, hoc ſolum unicum ſtuduiſſe videamini. Sic ad omnia paratos vos reddent indefeſſæ meditationes. Nulla enim ratio diſcendi præſtantior, cum non ea quæ audimus aut legimus ſolum, ſed quæ multum diuque meditamur optime calleamus. Proinde ſingulis ſtudiorum generibus hoc brevi catalogo quartam ſuggero ambulantem Bibliothecam, ut Vir Medicus inſtar multorum hominum ſit, *& in bonarum litterarum arena plurimum excitet eruditionis pulverem. Potuiſſem minori quidem numero circu-*

lum

lum claudere. Sed in perlegendis Scriptoribus hoc unum advertite, nobilioribus etiam Medicis illud contingere, quod pictoribus celeberrimis, quorum alii eo ſunt genio, ea naturæ peculiari propenſione, ut admiranda linearum ſyndrome ſimillimos hominum vultus valeant dumtaxat exprimere; alii parvis ac minimis figuris apprime delectentur, in grandioribus minus ſolertes; alii in procellis & maritimis fluctibus imitandis ſint admirandi; alii in ruralibus inimitabiles, alii florum & fructuum nativam elegantiam ſuperante penicillo, poſſint vel ipſas aviculas fallere; alii fictis juvencis, tauros in furores agere venereos. Non ſecus res ſe habet apud Scriptores primi nominis, qui etiamſi propter immenſos labores, & indefeſsas lucubrationes de Republica litteraria habeantur optime meriti, in uno tamen magis excelluerunt. Quapropter plures in meum Catalogum convocavi, ut ab unoquoque quod præſtantiſſimum eſt hauriatis, & ex ſingulorum diligentius excultis laboribus, quietem vobis tranquillam, & glorioſam comparetis. Valete dilectiſſimi liberi a veſtra animata Bibliotheca.

P. a C. M.

B I-

BIBLIOTHECA
MEDICI ERUDITI.
AUCTORE
PETRO A CASTRO
D. M.

QUibus libris ſtipari Medicus, quibus auctoribus perlegendis inſudare, aut quibus majori ſedulitate, minorive attentione ſe tradere debeat, aggredior deſcribere; non ut in eliminandis aut elimandis illuſtrium virorum monumentis rigidum agere velim Ariſtarchum; & veru nimium audaci præclara doctorum ſcripta figere, minus forſan idoneum, quam deceat proferendo judicium, animus eſt ſolummodo in unaquaque Medicinæ parte junioris Medici ſtudium hoc bre-

Digitized by Google

vi Syllabo dirigere ex præſtantiſſimis ſcriptoribus unum vel alterum aſſignando, in quo ſolidæ doctrinæ, rejectis glumis & inutilium quæſtionum cortice (quæ ad artis gloriam & utilitatem parum aut nihil faciunt) vera eluceant fundamenta. Nullum auctorem rejicio, omnes quos licet amare, ſtudio & honore proſequor, confuſam cum ſapientiſſimo Seneca multitudinem damno, quæ onerare diſcentem ſolet, non inſtruere. Poteſt quidem Medicus extra Medicinæ chorum multijuga bonarum litterarum fruge ad ſui perfectionem exornari, dum tamen cuncta ad Medicinæ artis culturam dirigantur, & iis tamquam ſale ad condimenti ſuavitatem, non tamquam cibo ad nutrimenti ſoliditatem utatur. Non patitur nobile Medicinæ ſubjectum, non glorioſum objectum, laſcivo fabularum lenocinio irretiri artificem, non inutilium librorum lectione occupari. Scio quam late ultra proprios ac domeſticos lares diffundatur Apollinis imperium, ſed domeſtica Æſculapii œconomia totum hominem abſolute deſiderat, nec impune in næniis divagari permittit.

Quapropter (*a*) *Hippocratem* veræ Medicinæ

(*a*) Quæ de Hipp. aphoriſmis Suidas ſcripſerat, *ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνειν σύνεσιν*, *humanum ſuperare captum*, id ipſum jure dicendum de ceteris ejusdem operibus, de qnorum ſtudio com-

næ clarum jubar in primis & ante omnia ſequatur oportet, ejuſque veſtigia fideliter premat, ejuſdem ſcripta non ſolum perlegat, ſed devoret, ac certa quadam, ut ita loquar, palingeneſia ejus mentem in proprium convertat ani-

mendando legatur præ aliis oratio Boerhaavii. Hippocratis editiones extant duæ quidem græcæ; altera Aldina Veneta an. 1626. fol. altera Baſileenſis Frobeniana, 1538. f. priore longe emendatior. Quatuor græco-latinæ: prima Mercurialis Veneta, 1588. f. altera Fœſii Francof. 1595. f. eademque Genev. auctior, 1657. 1662. f. tertia J. A. Vander Linden Lugd. Batav. 1665. 8. vol. 2. quarta Charterii Pariſienſis, 1679. f. vol. 13. una cum Galeni operibus. Porro Fœſiana, teſtibus H. Conringio. T. Bartholino, aliiſque, editionem Mercurialis ſuperat: Lindana, judicio Schelammeri, in *addit. ad introd. Conring.* & Auctoris *ephemerid. Gallic.* an. 1666. Fœſianam obſcurat; at Goelicke in *hiſt. med.* Bartholinique ſententia, in *diſſert.* 4. *de leg. lib.* p. 118. Lindana editio inferior eſt, licet nitidiſſima „ quia ingenio ſuo abuſus in textu emen- „ dando audacius . . . . verſatus eſt vir ille „ multiſcius „. Editionem Charterii parum emendatam Freindius dicit in *præfat. epid. Hipp.* Oxon. 1717. 8. Interim expectatur avidiſſime Hippocrates græco-lat. Trilleri, quem caſtigatiorem promittit, tum in *epiſt. med. crit.* ad Freindium data, Rudolſtat, 1720. 8. tum in *libello de anatome* ſpeciminis loco edito, L. B. 1728. 4. Latine primum prodiit Hippocrates, Romæ, 1525. f. ex F. Calvi Ravennatis Verſione: deinde ex eadem verſione exceptis *aphor.* lib. *de*

animum . Et quoniam non omnes libri qui ſub nomine magni ſenis circumferuntur ejus ſapiunt ſermonis gravitatem (quamvis omnes ſint optimi) ea eligat Medicus in quibus magis inſudet , ducem in hoc freto ſibi adſciſcens ſapientiſſimum (*a*) *Mercurialem* , qui non

nat. lib. *de præſag.* deque *rat. vict. in ac.* Baſil. 1526. f. tum vertente Cornario ibidem ter editus, nimirum 1546. 1553. 1558. f. quarum hæc eſt auctior atque emendatior editio. Ubi ſciendum , primam latinam Calvi non approbari a Bartholino l. c. *quia in ſenſu deficit* : Cornarium quoque F. *Calvi Codici ſæpe nimium fiſum fuiſſe* , annotante G. H. VVelſchio „ in quo haud pau„ ca nequicquam emendata, aut proba relicta, „ quædam etiam a mente auctoris aliena ſunt. „ Vid. *decad.* 4. *curat.* 5. p. 184. Hinc diſcas, non uni fidendum verſioni, neque uni græco codici. Ceterum plures alias recenſet latinas Hipp. editiones præcl. Paitonus in peregregiis annotationibus præfixis editioni latinæ Hippocratis ex verſione Cornarii , Ven. 1737. f. tom. 3. quorum alter Marinelli commentaria continet , tertius Pini indicem.

(*a*) Hujus cenſura Hippocratis operum extat quoque in *Hipp. græco-lat.* ejusdem. At rectius fert judicium Fœſius de ſcriptis Hippocraticis . Conſule pariter cenſuram Lemoſii vulgatam Salmanticæ , 1588. fol. quæque hac de re ſcripſit Martianus in annotationibus excuſis Romæ 1628. fol. & Sponius in præfatione ad novos aphoriſmos ex Hipp. collectos operibus , Lugd. 1684. 12. ubi plura ſcripta pro ſpuriis a Mercuriali habita Hippocrati vindicat.

Digitized by Google

non ſolum eorum operum fidelis interpretis, ſed prudentiſſimi ſimul judicis munus adimplevit. Vel *Fœſium* aut *Marinellum* eruditiſſimos, qui incomparabili ſolertia ex univerſis Coi operibus lexica admiranda, ille in prudentis œconomiæ, hic in diligentis commentarii ordinem redacta compoſuerunt, quibus ſelectioris Medicinæ mire panduntur ſacra penetralia.

Selecta igitur & genuina magni Dictatoris ſcripta, quoniam breviloquio ac ſententiarum profunditate ſatis ſunt obſcura, filis utatur Ariadneis, mutuetur illa a magno (*a*) *Valleſio*, qui in omnes fere Hippocratis libros elegantiſſima ac ſolidæ doctrinæ referta edidit commentaria. In iis præcipue, quæ in libros exaravit *Epidemion* ſe ipſum ſuperavit, ut nec ipſemet

(*a*) Quamvis ſe ipſum ſuperaverit Valleſius in expoſitione epidemiorum Hippocratis, ejuſque ſcripta, teſte Conringio, *in introductione in univerſ. art. med. Cap. VI. th. XI.* ipſi Galeno propter doctrinam præferri in non paucis merito poſſint; Martiani tamen *annotationes*, & Mercurialis *Piſanæ prælectiones*, Ven. 1597. f. editæ non ſunt prætermittendæ, nec non perdocta Freindii *commentaria* in primum, & tertium Epidemiorum Hipp.; quæ ſi cum ſcitiſſima cl. Pujati epiſtola ad Freindium ſcripta contuleris, Venet. 1737. 8. rectiſſime facies. Editio Colonienſis Valleſii 1588. fol. eligenda eſt. Cetera hujus viri in Hipp. *commentaria* ibidem cuſa, 1589. f. græcum textum adjunctum habent.

Digitized by Google

ſemet Hippocrates propriam mentem efficacius enodaſſet. Hæc ſola poſſunt medicum perficere, reliqua omnia medicum facient, ſed non perfectum. Cætera hujus auctoris ſcripta quæ in Prognoſticon, in Aphoriſmorum libros; In eos (*a*) de ratione Victus, (*b*) de Alimento, de locis affectis, controverſias medicas, & alia mirabilia ſunt, legantur ſæpe: nec unquam pœnitebit.

Si tamen aliorum ſcriptorum, ut operæ pretium judico, arrideat doctrina, eruditiſſimi *Ludo-*

(*a*) Poſt Galenum Valleſius, & Duretus in hiſce illuſtrandis palmam ferunt. Hujus libros tres *de diæta acut.* cum *comm. de humoribus purgandis* vulgavit Ghirardetus Pariſ. 1631. 8. Verum adhuc amplius eminuit in his, quæ ad victus rationem pertinent, Brudus Luſitanus, ex quo plura Mercatus in lib. *de indicationibus curativis*, & Septalius in *cautionibus* mutuarunt. Aureum Brudi opus inſcriptum *de ratione victus in ſingulis febribus* lucem vidit Ven. 1554. 1559. 8. & Tiguri 1555. 8.

(*b*) Librum *de alimento* Hipp. tributum, non eſſe unius auctoris, pleraque continere ad rem non facientia, cenſet Conringius lib. cit. c. XIII. th. VI. Schelhammerus vero in *addit. ad eand.* pro certo habet, opuſculum hoc ejus eſſe hominis, cujus liber eſt *de humoribus*, obſcuri quidem elatique animi. Porro Cardani commentarius, Baſil. 1582. 8. „ multo rectius, & do-„ ctius „ teſte Conring. l. c. „ ipſo auctore argu-„ mentum illud tractavit, adeoque meretur le-„ gi „.

Digitized by Google

Ludovici Dureti in (*a*) *Coacas Prænotiones* commentaria non leviter percurrat. Nam ejus phraſis eſt obſcura, ſed ſucculenta valde, & virum maturum deſiderat. Nec (*b*) *Hollerii* & *Jacotii* in eaſdem ſententias doctiſſima monumenta minorem merentur laudem.

In libro *de internis Affectionibus*, & in libris

B

(*a*) Negant plerique *coacarum* auctorem Hippocratem. In his multa admodum cruda & indigeſta poſt Fœſium animadvertit Schelhammerus l. c. cap. VIII. * 3. eaque interdum legi, quæ vix unquam in morbis accidunt. Dureti præcipuum opus commentaria ſunt in *coacas*: in cujus tamen commentariis „ ſæpe „ inquit Schelamm. l. c. cap. III. * 8. „ ingenii „ ſui magis, quam ſenſus Hippocratici veſtigia „ reperias. Hoc etiam vitii habet ſummus vir „ (cl. Hoffmanno teſte in *de uſ. part.*) ut in „ affectata grandiloquentia involvat ſe, non mi- „ nus quam ſepia atramento ſuo. „ Pariſienſes editiones ceteris præferes. Ad has accedit, quæ typis Lugduno-Batav. exiit 1737. f.

(*b*) Dolendum quam maxime, ſemel tantum eſſe edita Hollerii, & Jacotii *commentaria*, Lugd. 1576. f. ob idque inventu difficillima: quæ mea ſententia, ni fallor, a cunctis quidem, ſed præſertim a Tyronibus ſunt Duretianis anteponenda, multoties licet impreſſis. Lege & confer utraque, ac deinceps judicium fer æquo animo. Huc quoque referenda *coaca præſagia* ec. *decerpta a Gal. Holler. Duret. Fœſ. Jacot.* aliiſque auctore D. Ferrant, Pariſ. 1657. 12. uſus haud exigui; ubi Hollerius & Duretus deſint; praxim facientibus.

Digitized by Google

bris *de Morbis* declarandis pauci hactenus inſudarunt; quod forſan judicaverint eos minus gravi ac ſucculenta phraſi elaboratos, aut conditos pauciori ſale Hippocratico. Judicium de auctore ſit penes ſapientiſſimos *Fœſium* aut *Mercurialem*; librorum utilitatem quærimus, oſtendent ultro doctiſſima *Joannis Martini* med. Pariſienſis in lib. de Internis affect. & eruditiſſima *Petri Salii* Diverſi in lib. de Morbis Commentaria: quæ nullo pacto prætermitti debent; inſervient enim ſtudioſo medico pro cynoſura, ut ſola diuturna & continua in medendo praxis pro navi ad horum librorum ſententias, quæ alioquin videntur ſatis obſcuræ, exacte adipiſcendas.

In libris (*a*) Prognoſticorum explicandis doctorum judicio excelluit *Chriſtophorus a Vega*.

In

(*a*) Van der Linden *in manud. ad med.* laudat Butinum & approbat *facilem*, *conciſum*, *doctum*. Hujus liber Lugd. excuſus eſt, 1580. 12. & Genev. 1625. una cum ejuſdem *aphor. Hipp. expoſitione*. Attamen cum liber prænotionum Hipp. non genuinus modo ſit, ſed, ſi quid eſt in quo Hippocratem admirari oporteat, plane hæc pars ſit, judicio Mercurialis *in annotat.* per magni intereſt, aliorum quoque commentaria conſulere, atque imprimis Valleſii, Cardani, Jo. Heurnii, atque H. Cope *demonſtrationem medico-practicam prognoſticorum Hipp.* excuſam Dublini 1736. 8.

Digitized by Google

In (a) *Aphoriſmorum*, laconicus ſed nervoſus auctor *Joannes Heurnius*.

In eis (b) de *Capitis vulneribus Vidus Vi-*

 dius

(a) Heurnius, ut ipſe inquit, ſecutus eſt Galenum ſolum, & Hollerium, nec non huic adjecta ſcholia Duretiana. At videtur plus ex ſcholiis Duretianis hauſiſſe, quam ex Galeno, plus quoque fortaſſe quam ex Hollerio: cumque fere nimis brevis ſit Heurnius, minus profecto commendandus erit Tyronibus. Hollerium legant planum, accuratum, obſervationibus & cautionibus divitem: in eo quippe Galenum invenient, & quidquid boni meditati ſunt veteres. Deinde huic appoſita ſcholia Duretiana; equidem citius dixerim Jacotiana; quod Liebautius, qui ea texuerat, plura ex Jacotii in coacas commentariis, pluribuſque in locis exſcripſerit. Interim adeundus quoque Valleſius, itemque Cardanus, qui a Galeno interdum recte diſcedunt. Sequanturque potiſſimum in theoreticis Hecquetium, in utriſque cl. Fickium, cujus *commentaria in aphor. Hipp.* impreſſas ſunt, Jenæ 1729. 8.

(b) Hujus libri intelligentiam adjuvant commentaria Galeni, Vidi Vidii, Fallopii, Arantii, Pavii: Celſi pariter lectio haud parum prodeſt. Cumque τρῶμα nomen jonicum capitis læſiones inſignes, contuſiones, fracturaſque ſignificet, perlege celebrem tractatum *de fractura cranei* Berengarii Carpi; de vulneribus capitis, Paſſeri noſtri; ſcriptaque cl. vir. Milleri, Schulzii, VValtheri, Rohaultii. Verum antequam Hippocratem deſeras, ſcire quoque expedit, inter præſtantiores Hipp. libros collocandum etiam eſſe librum *de aer. aqu. & loc. lib. de arte; chi-*

Digitized by Google

dius Fallopius, & *Alcazar Salmanticenſis*: Et tandem in omnibus (*a*) *Galenus*, qui & ipſe indefeſſe legendus ac perluſtrandus. Jacentem enim Hippocratis diſciplinam primus ſuſci-

rurgicos omnes; *legem*; libros *prædictorum*, præſertim priorem, quidquid ſit de auctore, dum eis Celſus paſſim utitur. Librorum Hipp. cum editionibus, expoſitores præcipuos doctiſs. adducit Paitonus lib. cit. Quibus autem carere non debes, præter ſupra nominatos, ſunt commentaria Septalii in lib. *de aer. aqu. & loc.* Francof. 1545. f. Jo. Heurnii *prolegomena*, L. B. 1597. 4. & Zuingeri *commentarii*, Baſil. 1579. f. quibus duobus hiſce Hipp. libri plures, iique digniſſimi illuſtrantur.

(*a*) Sincera de hoc viro judicia lege *in introd.* Conring. *cap. II. th.* xvi. & *in addit.* Schelhamm. xvi. itemque in Boerhaav. *meth. diſc. med.* Ad editiones quod pertinet, græca Baſileenſis, 1538. f. tom. 5. longe emendatior eſt græca Veneta, 1525. tom. itidem 5. Græcolatina Pariſienſis, 1679. f. t. 13. una cum operibus Hippoc. nitidiſſima & ſplendidiſſima eſt. Lugdunenſis latina Frellonii, 1554. f. pulcherrima. Elegantiſſima octava Juntarum, 1600. f. & completiſſima omnium nona, 1609. & decima, 1625. f. tom. 8. quorum ultimus refertiſſimum Braſavoli indicem continet. Optima etiam eſt Baſileenſis, 1562. f. tom. 4. cum præfat. C. Geſneri, in qua egregie de Galeno, ejuſque ſcriptis, atque interpretibus diſſerit. Lectu quoque dignum eſt Mundellæ opus *theatrum Galeni* dictum; ſeu totius doctrinæ a Gal. traditæ promptuarium, Baſil. editum ingenti ſplendidoque volumine, 1568. f.

Digitized by Google

ſuſcitavit, obſcuritatem illuſtravit, brevitatem explanavit.

Inter ejus facundiſſima ſcripta ſæpius evolvat Medicus libros (a) *de locis patientibus*. In quibus dilucidandis nulli ſecundus æſtimatur *Thomas a Veiga Luſitanus*, qui pariter libros *de differentiis febrium*, & *artem medicinalem* profundiſſimo breviloquio, medullitus tamen enucleavit; quare ſumma cum attentione tractandus. Nam paucis multa comprehendit. Si tamen circa hoc idem opus placuerint controverſiæ, unus erit inſtar multorum acerrimi vir ingenii *Petrus Garcia Carrerius* in eosdem libros de locis affectis.

(a) Elegantiſſimum, & omnibus commendatiſſimum Gal. opus penes Conringium loc. cit. cap. IV. th. II. cujus lectionem conjungendam quidem eſſe, idem inquit, cum *doctiſſimis commentariis* Franciſci Valleſii, Colon. 1594. f. & Jo. VVolfii *exercit. ſemejoticis*, Helmſt. 1620. 4. Suadet Lindanus loc. cit. legendos quidem eſſe hoſce Galeni libros „ ſed in epitomem a Lacu„ na laudabiliter contractos, ut tempori con„ ſulas, & memoriæ. „ Hoc utere conſilio in ceteris Gal. libris, ut, ſi quæ ardua occurrant, ad expoſitores confugias. Provectior vero quum fueris, Galenum ipſum perlege, & præcipue ejuſdem in Hippocratem *commentaria*. Non ideo tamen ſtandum uni ſemper Galeno interpreti, ſed recentiorum quoque commentariis utendum, e quibus; certe in nonnullis; vera & genuina magis, quam ex Galeno interpretatio petitur.

Digitized by Google

Libros (*a*) *Methodi Medendi* in divinum compendium reduxit *Valleſius* ſupra citatus: quod non quidem legendum propono, ſed ut alte memoria recondatur magnopere exhortor.

In valde affini argumento quatuor adhuc extant clariſſimorum virorum opuſcula, aptius dicerem robuſtiſſima medicinæ fulcra, anguſtis paginis, quæ cuncta complectuntur, quæ ad rectam medendi methodum & praxim abſque ceſpitatione exercendam poſſunt in humanis excogitari. Primum itaque tenet locum Doctiſſimus *Santa Crucius*, qui *Valleſium* non minus in fortunæ felicitate quam in Doctri-

næ

(*a*) Perpetua laus manet Valleſio, quod ſummatim & dilucide perſtrinxerit, quæ de victu ægrotantium, de indicantibus ſimplicibus & compoſitis, de prohibentibus, de temporum morbi univerſalium & particularium delectu, deque conditionibus bonæ evacuationis ſparſim ab Hipp. & prolixe a Gal. ſunt tradita; medendique præcepta univerſalia exemplis pulcherrimis ac familiaribus illuſtrans, erroreſque refellens, iter aperit ad praxim facile. Hanc proxime ſequitur generalis Heurnii methodus, qui Galenum ſecutus de variis agit medicamentorum generibus, deque eorundem præſcriptione & viribus. Poſt inventam circulationem ſanguinis inclaruit *methodus* de le Boe Sylvii, VValei cum *animad.* VVelſchii, & T. VVillis in *pharmacia rationali*. Equidem Tyronibus inter recentiores legendam prætulerim poſt θεραπευτικὴν Boerhaavii *aphoriſticam methodum* cl. Joſephi a Rega vulgatam Lovanii, 1730. 4.

næ ſoliditate ſequutus eſt, libellum ſuum prope aureum exhibens de impedimentis magnorum auxiliorum in morbis, argumento, ordine, doctrina, claritate incomparabilem. Hunc vero nobilis auctor *Septalius* in ſuis prudentiſſimis Animadverſionibus medicis, quarum gloriam, utilitatem & commendationem ultro adaugent doctiſſimi (*a*) *Joannis Rhodii* indefeſſæ lucubrationes, Analectis ſimiliter ex probatiſſimis quibuſcumque auctoribus, ſuaque obſervatione adjectis innumeris cautionibus, ſecundum affectus, atque præſidiorum materiam diligentiſſime diſpoſitis.

Tertium merito locum occupat (*b*) *Stepha-*

(*a*) *Analecta* Rhodii ſingulari delectu opus habent; quamobrem experientem virum deſiderant. In horum cenſu ſunt docta Colladonis *adverſaria*; *methodi vitandorum errorum* Sanctorii; Seraphini; Primeroſii; Schopffii. Secus Septalii *cautiones*; tractatus A. P. Sanctacrux *de impedimentis*; Lud. Mercati de *indicationibus curativis*, opera ſunt evolvenda Tyronibus, ac memoriæ propter præſtantiam fere dixerim mandanda.

(*b*) Hujus *de complexu morborum* opuſculum Florentinis deſcriptum typis, 1624. 8. longe ſuperavit Marci Gerbezii tractatus *de morbis complicatis* Francofurtenſi ſubjectus prælo, 1713. 4. ubi græcorum veſtigiis inſiſtens auctor, quæ in praxi medica abſtruſiora occurrunt, quæque vel plane non, vel vix alicubi ſparſimque reperiuntur dilucide explanat, remediaque inſuper queis in complicatis morbis utendum eſt, modumque eadem adhibendi adducit.

Digitized by Google

phanus a Caſtro excluſo gemino fœtu, geminato ſupra humanas vires ingenio, opuſculis nempe de Complexu morborum, & de Quibus ex Quibus, ſingulari arte ac ſtudio elaboratis. Claudit numerum ſolertiſſimus (*a*) *Claudinus* tyrones in ingreſſu ad Infirmos manuducens, greſſu certe non claudo, ſed valde firmo, recto, & illabili: Hos libellos memoria teneat medicus, aut ſaltem cum Apelle in eorum lectione aſſidua nullam diem ſine linea tranſire permittat.

Libri (*b*) *de ſanitate tuenda* ſanam ac nervoſam valde præſtabunt doctrinam. Ab eorum lectura probe cognoſces quantum ad medicum ſpectet ſanitatis ſtudium. In hoc argu-

(*a*) Magnam ſibi laudem peperit Claudinus *ingreſſu ad infirmos*; majoremque peperiſſet, ſi nimia diviſionum ſubtilitate, quæ Tyronibns negotium faceſſit, opus illud non laboraſſet, quod certe nunquam ſine utilitate legitur. Inter recentiores vero ſit præ manibus *medicus officioſus* cl. VVehinart; *ſyſtema cautelarum* doct. Camerarii, Francof. 1721. 4. P. Ammanni *parænesis ad diſcentes*, Rudolſt. 1673. Lipſ. 1677. 12. & perutiles *reflexions critiques ſur la medicine M. le François*, Pariſ. 1715. 12. t. 2.

(*b*) Hoc omnibus, quæ Galeni ſuperſunt, ſcriptum præfert Conring. l. c. Extant J. Alexandrini libri 33. *de ſanitate tuenda*, Baſil. 1581. f. queis *nihil eſſe præſtantius*, idem aſſerit Conr.: laudatque cum Boerrhaavio Cardani opus *de ſanitate tuenda*, Rom. 1580. f. „ ita tamen ut in re alimentaria „ potiſſimum ſit occupatus. „ Huc quoque re-

Digitized by Google

argumento (*a*) libellum hactenus nihili, etſi frugis non ſpernendæ, adeo felicitavit *Renatus Moreau*, ut nihil politius, nihil eruditius poſſit exhiberi.

Curandi rationem (*b*) *per venæ ſectionem* pari energia docuerunt *Mena*, & *Horatius Augenius*

ferenda eſt merito *ars gymnaſtica veterum* erud. Mercurialis, Ven. 1574. 4. edita. Tyrones, quos fere faſtidit læditque prolixitas, legant primum Celſi librum, inque eundem perelegans Lommii *commentarium* : *ſtaticam Sanctorii* cum *ſtatica gallica* Dodartii, *Britannica* Keilii, atque *annotationibus* P. Noguez, Pariſ. 1725. 12. t. 2. Beherens *ſelecta diætectica*, Francf. 1710. 4. F. Hoffmanni *diſſert. phyſico-med. curioſ.* ad ſanit. tuend. L. B. 1708. 8. Terenzoni *exercitationes phyſico-med.* Lucæ 1708. 4. Ramazzini annotationes in lib. L. Cornelii *de vitæ ſobriæ commodis*, Patav. 1714. 4. & M. Cheyne *eſſai ſur la ſanté*, *&* *ſur les moyens de prolonger la vie*, Pariſ. 1725. 12. in quo ex ſingulis capitibus acri judicio confectis extracti occurrunt aphoriſmi aſſidua meditatione recolendi.

(*a*) Scholam nimirum Salernitanam, cujus auctor Jo. de Mediolano dicitur a Zacharia Sylvio in edit. Roterod. 1667. quamque Renatus Moreau elegantibus poſt Villanovanum animadverſionibus exornavit, Pariſ. 1625. 8. Habemus nunc F. Gherlii in eandem animadverſiones dialogis italice concinnatas, doctas quidem, at fortaſſe in quibusdam nimium ſubtiles, Ven. 1733. 8.

(*b*) Præter ea, quæ de miſſione ſanguinis erudite diſſerit Bellinus, perlegenda eſt M. Georgii *phlebotomia liberata*, Genev. 1696. 4. tum

nius, ac *Galenus* ipſe: nec *Dilectus Luſitanus* in hoc argumento paucam meretur laudem.

Libri (*a*) *de arte cur.* ad Glauconem & ipſi mira ſolertia elaborati, deſiderant laborem aſſiduum. Doctrina etenim ſaluberrima rependent quicquid in eis aut Medicus aut Chirurgus laboris impenderit. Ex capite decimoquarto primi libri hoc unum moneo, ne unicus apex te ſubterfugiat. Hoc opus tam utile ac neceſſarium condignis commentariis illuſtravit *Horatius Augenius*; quæ dum viveret non potuit publici juris facere: dabuntur in lucem favente Numine, Eruditiſſimi *Rhodii* ſtudio ac diligentia, in cujus Muſeo authographum ſervatur.

Artem medicinalem inter Iſagogicos ad diagnoſticam pertinentes recenſet ipſe *Galenus*; hoc

cl. Le Feure *canones* optimi *de uſu miſſionis ſanguinis*, Veſunt. 1737. 4. deinde *animadverſiones criticæ* cl. Chevalierii *in tractatum de uſu diverſarum v.ſ. ſpecierum*, ec. Pariſ. gallice 1732. demum tractatus anglico idiomate erud. Butleri *de venæ ſectione* ſiſtens varios effectus, & ſingulares commoditates ſanguinis ex diverſa corporis parte extracti, cum norma ſelectus inſtituendi, Lond. 1734. 8.

(*a*) Non ſunt omittendæ hic loci eruditæ utileſque *explanationes* Stephani Athenienſis in Galeni librum priorem therapeuticum ad Glauconem græce vulgatæ Ven. 1536. 8. & latine ex Gadaldini verſione cum paucis ejuſdem ſcholiis, & caſtigationibus, ibid. 1554. 8. alibique.

Digitized by Google

hoc ſibi vult, debere tyrones ab ſtudii medici primis rudimentis illius aphoriſtica doctrina initiari. Si tamen commentaria deſideres, ſiſte pedem in uno *Roderico a Veiga Luſitano*; nec quæras amplius *a libris (a) de decretis Hippocratis* & *Platonis* ſemper recedes doctior.

Libri *de morbo & ſymptomate* peritiſſimum nacti ſunt expoſitorem *Valeriolam*, cujus animum non potuit convellere *Fuchſii* viri alioquin doctiſſimi livor, ut a ſolida Galeni mente quicquam per rixas deviaret. Hic auctor Hippocratis & Galeni ſcripta adeo ſibi fecit familiaria, ut ex vaſtis eorum operibus precioſum elicuerit extractum, dum artem medicinæ univerſam per locos communes eorundem appoſitis ſententiis vtiliſſime diſponit.

Libri (*b*) *de pulſibus* quia labyrinthei valde,

(*a*) Hoc Galenum opus juvenem ſcripſiſſe ex impetu animi adverſus viros doctos, Conringius exiſtimat l. c. cap. IV. th. XVII. Συμφωνίαν vocari a Nemeſio, cum in illo opere ſummorum virorum concordantiæ declarentur, annotat Mercurialis lib. 4. *var. lect.*

(*b*) „ Non modo non neceſſaria „ inquit Schelamm. loc. cit. cap. IV. th. IV. „ ſed etiam „ vana eſt magna pars doctrinæ illius Galeni- „ cæ de pulſibus. „ Subtiles namque pulſuum differentiæ non occurrunt; & ſi occurrant „ nullius tamen forent uſus. Quæ enim inde „ prædicere conatur Galenus, nulli innituntur „ fundamento, nullam cum ipſis pulſibus con- „ nectionem habent. „

Digitized by Google

de, & intricatæ admodum lectionis; tum propter ſubtilem & arduam materiam, tum propter operis quoquo pacto prolixitatem, ipſummet optarent Galenum expoſitorem: Secus parum profuerunt adhuc *Valleſius*, *Mercatus*, *Saxonia*, *Sanctorius*, & multi doctiſſimi ac exercitatiſſimi viri, qui rem inter tot medicinæ partes difficillimam explanare conati ſunt. Unus tamen ſupereſt extreme commendandus, non bibliothecæ condendus forulis, ſed memoriæ adytis, & alta mente reponendus (*a*) *Joſephus Struthius*, qui libris quinque artem Sphygmicam ita accurate, ita lepide complexus eſt, ut vix quicquam dilucidius, quicquam clarius in obſcuriſſimo argumento poſſit exoptari; reduces ab inferis Galeni manes potuiſſent rem adeo enucleatam, adeo exoſſatam poſteris tradere: eo utere vel ipſo Galeno poſtpoſito. Non tamen exiſtimet medi-

(*a*) Non is modo circa pulſum Galeni ſubtilitates revocat, ſed novas inſuper addit, quum nihil certi de pulſuum natura cauſſiſque conſtabat. Velim ſcias, perpaucas ſufficere vel ipſis fatentibus Galenicis pulſuum differentias noviſſe, multoque plus uſum ad eaſdem aſſequendas conferre, quam doctrinam ſcribentium. Bellinum igitur audito egregie de pulſibus differentem, Fridericumque Hoffmannum in eleganti diſſertatione *de pulſuum natura, differentiis, & uſu in praxi*, itemque a Rega in med. method. p. 2. c. 3. p. 173.

medicus hoc illi pro artis cognoſcendorum pulſuum peritia ſufficere; nec crebra Galeni aut Struthii lectione ultimam poſſe perfectionis metam attingere. *Tempus requiritur longius, & tactu opus eſt exercitato*, ita ut *ad exactiſſimam & abſolutiſſimam cognitionem exigi totam humanam vitam putet Galenus lib. de dig. pulſ. cap.* 1. Præterea pars iſta medicinæ nobiliſſima *egregie gnavos induſtrioſque homines quærit, non voluptuarios*; eod. cit. loco adderem ego certam ac inenarrabilem ingenii aptitudinem in naturæ majeſtate reconditam (ut auctor eſt *Rhodiginus* l. 7. cap. 4. lect. antiq.) qua ſimul cum diligentiſſima ac propemodum Galenica exercitatione, inter omnes quos hactenus noverim mire ſe extollit *Hieronymus Franſozius* inter medicos Veronenſes eximie doctus.

Libri (*a*) *de elem.*, *de temperament.*, *de*

natural.

(*a*) Hos quoque legiſſe intereſt ad intelligentiam veterum, perlectis tamen ante *elementis medicinæ phyſico-mathem.* Pitcarnii, & phyſiologicis F. Hoffmanni in tom. 1. *med. ſyſtem.* aut *phyſiologia medica* Bergeri, aut Le Feure, aut, quæ mihi præ cæteris arrident, *inſtitutionibus de œconomia animali* cel. Boerhaavii. Quorum pleraque cum in erudita Liſteri *diſſertatione de humoribus* ad examen optime revocentur hæc utique digna erit quæ ſerio pervolvatur, Amſtel. 1711. 8. A'γεωμέτρητων vero reſpuunt cedro digni labores: nimirum A. Borelli *de motu animalium* cum Bernouilli *meditat. mothem. de mot*,

Digitized by Google

natural. facult. & alii Phyſiologici, ſuperioribus in contemplando valde affines, quantum ad medicum faciat perfecta phyſicorum notio clare oſtendunt. His inſalutatis vix applaudet gratus Apollo, & praxis ceſpitando fiet deſtituta nobiliori fundamento. In horum quibuſdam laborioſe præ cæteris inſudarunt *Brachelius*, *Segarra*, & *Peramatus* viri doctiſſimi.

Libri (*a*) *de criſibus*, *&* *diebus decretoriis* nobiliorum Criticorum decreto pari dignitate ac neceſſitate procedunt in arte medica. Nihil frequentius in praxi eorum doctrina. Quare pertinaci aſſiduitate ſunt evolvendi ac exugendi. Acumine & perſpicuitate *Ludovici Lemoſii* diligentiſſimi ſcriptoris medullitus extrahetur eorum anima. At libros de diebus Decretoriis ſidereis ambagibus refertos explanavit elegantiſſime *Andreas Laurentius*, quamvis lauream reportet hodie ſapientiſſimus *Argolus* jatromathematice, & accuratiſſima computatione rem difficillimam exoſſatam perhibens.

Li-

muſcul. L.B. 1710. 4. J. Keilii *tentamina medico-phyſica*, ibid. 1730. 4. & *diſſertatio* Michelotti *de ſeparatione fluidorum in corpore animali*, Ven. 1722. 4.

(*a*) Criſium, dierumque criticorum præclaram *commentationem* juxta recentiorum methodum typis mandavit clariſs. Terenzonus, Piſis 1729. 4. Confer quoque, quæ de diebus criticis brevi quidem, at ſatis nervoſe tradidit Sanctorius *in comment. aph.* Hipp. 20. ſect. 1.

Libellos (*a*) *de purgantium medicamentorum facultatibus*, & quos, quibus, & quando purgare oporteat, mole contractos, virtute ac utilitate immenſos metiri non deſinas fideliſſimo pede. Negotium enim maximi ponderis exactiſſimum examen deſiderat. Trutinam

(*a*) In *exercitatione de purgantium facultatibus* ſcriptores omnes ſuperavit Pechlinus teſte Schelhamm. l. c. cap. VIII. th. XIV. uni tamen non acquieſcendum Pechlino. ſed utendum maxime N. Lemery *dictionario ſimplicium*, Zornii *botanologia*; & Tournefortii *traité de la matiere medical*, Pariſ. 1717. 12. t. 1. Hermanni *cynoſura materiæ medicæ*, *cum addit.* Aug. 1731. tom. 3. Ad hoſce accedat Boerhaävius *de viribus medicamentorum*; F. Hoffmannus *de modo operandi remediorum una cum ſchediaſmate*, ec. VV. VVedelii *amœnitates materiæ medicæ*, Jenæ 1704. 4. Floyeri *lapis lydius medicamentorum*, Lond. 1691. 8. anglice; & cel. Mazini *medicamentorum mechanica*, Brix. 1734. 4. Rectum purgantium uſum docet Hippocrates *in aphoriſmorum libris*, & præſertim in lib. 1. Tum Hollerius in eorundem commentariis; attamen in expoſitione aphor. 22. lib. 1. merito præferes commentaria Martiani, aut Hecquetii; & M. Sebizius in doctiſſimis *diſputationibus* 13. docentibus *quos*, *quibus pharmacis*, & *quo tempore purgare deceat*, Argent. 1621. 4. quarum utique lectio conjungenda eſt cum *diſcurſu medico* Heinſii *de purgantium validiorum abuſu in feb.* Lipſ. 1693. 4. Hecquetii libro *de medicina purganda a curarum ſordibus*, Neap. 1737. 4. & Duttelii tractat. *de virulenta purg. indole*, Aug. 1722. 8.

nam adæquatiſſimam dabit *Petraſitanus Bralius* libris doctiſſimis de purgatione, & appendice lepidiſſima de medicamentis purgantibus.

Hos, propter argumenti paritatem ſequi poſſunt *libri de medicament. compoſ. ſec. locos*, opus certe laborioſum infinitis remediis ex diverſis auctoribus refertum. Praxim executivam dicas eunctis namque ferme affectibus a vertice ad pedes præſcribuntur remedia. Non neglexit Galenus ex aliis multa deſcribere, ut meliora experiretur. Sic decet tyronem quæ in variis Europæ provinciis habentur in uſu practico diligenter perſcrutari: tantum abeſt, ut tetrico, ne dicam petulanti faſtu debeat illa contemnere. Quamplurima nos ex Gallia, Germania, Belgio, Italia, Hiſpania, quin & ex Indiis ipſis ſummo labore ac ſtudio collegimus. Nec pœnitet, nec pudet Galenum medicinæ parentem ſic imitatum eſſe: hæreant alii patrum exoletis cyceonibus, tanquam patriis legibus alligati. Remediorum copioſa diverſitas medicum commendat, & in caſu ancipiti ſolertem facit, dum tamen eis uti ſciat cum delectu & moderatione, rectaque initiatus methodo non ſcripturiat apud languentes, nec quoties ægrum inviſat (uſurpabo hoc prudentis Valleſii) nova ſemper præſcribendo, toties peccet. Hos libros itaque ſuis doctiſſimis commentariis recentavit Gal-

lorum

lorum novus Hippocrates *Hollerius*. Nec *libros de compoſ. medic. per genera* in ſuis de materia Chirurgica inſtitutionibus reliquit inſalutatos. Legantur iſti recentiori utilitate ac tyronum beneficio.

Tandem quicquid hominis ingenium ſupra humanas vires potuerit, oſtendunt *libri* (*a*) *de uſu partium*, quos non leges ſine auctoris admiratione. Libri pariter, qui ad anatomem pertinent illo ſæculo fuerunt admirandi. Eorum fortunam hoc unum geminaſſe reor, quod doctiſſimum (*b*) *Veſalium*

(*a*) Accenſendi ſunt in hos libros inſignes clariſs. Hoffmanni *commentarii cum var. lect.* in utrumque codicem græcum, latinumque, Francof. 1625. f. Quæ nuper cl. J. E. Heberiſtreit exametro carmine compoſuit univerſam *de uſu partium* doctrinam complexus, ſive elegantiam verſus, ſive eruditionem ſpectaveris, commendari ſatis vix poſſunt, Lipſ. 1739. 8. Præſtantes vero de uſu partium ſcriptores, eoſdemque legendi methodum accuratius nemo adduxit Boerhaavio in *methodo diſcendi medicinam*.

(*b*) Incomparabilem anatomiæ reſtauratorem appellat Boerhaav. l. c. „ quo medici bibliothe„ca carere nequit, quin primario inſtrumento „ ſe inſtruendi privetur. „ Neutiquam tamen illum eſſe ad captum tyronis alicujus, Conringius aſſerit l. c. Opus eſt: *de humani corporis fabrica*; cujus editio Baſil. 1543. f. præſtantior eſt propter figuras; altera ibid. 1555. priori præferenda propter auctiorem & caſtigatiorem textum. Editio quoque Lugduno-Batav. 1725. f. quæ cuncta Veſalii opera comprehendit, ubi priores deſint, poteſt comparari.

Digitized by Google

lium habuerint expoſitorem. Ne tamen lectionis prolixitas noceat inexpertis, ſuccedit in ejus locum ſolertiſſimus auctor (*a*) *Andreas Laurentius*, qui ſua de anatome hiſtoria elegantiſſime cuncta dimenſus eſt, quæ a Galeno & ejus poſteris fuerunt exarata. Sed digitum attollit Clariſſimus (*b*) *VVeslingius*, nova multa &

(*a*) Multa errata in partium hiſtoria ab eo commiſſa, pleraſque tabulas e Veſalio translatas, reliquas magnam partem a vero abhorrere; controverſias tamen eleganter proponi; at non ſine animad. Laurembergii, & Colladonis legendas eſſe, cenſet Conringius loc. cit. cap. IV. th. XXXII.

(*b*) Cujus ſyntagma anatomicum teſte Conringio l. c. th. XXIX. *elegantiſſimum eſt*, *&* *lectu longe digniſſimum*. Ejus quoque dignitatem augent exactiſſimæ muſculorum figuræ. Attamen noſtris temporibus cel. Heiſteri *compendium anatomicum* ſæpe excuſum, & cel. VVinslovvii *expoſition anatomique de la ſtructure du corps humain*, Amſtelæd. 1732. 12. excellunt, eſſentque inſtar omnium ſi præcl. Auctores, quemadmodum Veslingius fecerat, figuras addidiſſent. Interea dum hæ deſiderantur, accuratiſſimæ Veſalii, Euſtachiique tabulæ, ſed Romanæ editionis, ſunt perluſtrandæ; tum Caſſerianæ a Bucretio Spigelio additæ, maximeque omnium Bidlojanæ multis noviſque anatomicis inventis, chirurgiciſque obſervationibus auctæ a Guilielmo Covvper, cum ejuſdem introductione ad œconomiam animalium; quæ nunc primum latinitate donata e typis Lugduno-Batav. prodierunt curante cl. G. Dunadaſs, 1739. f. Neque

ta & pulcherrima ex penu diligentiſſimæ ac vigilantiſſimæ diſſectionis (cui muneri præfuit ſumma cum laude Patavii) quæ hactenus non fuerunt obſervata ab oculatiſſimis *Columbo*,

figuras eorum omiſeris, qui de ſpeciali anatome ſunt optime meriti; cujuſmodi ſunt exquiſitæ Caſſerii *de vocis, audituſque organis*, Ferrar. 1600. fol. itemque Aquapendentis *de viſione, voce, & auditu*, Ven. 1600. f. nec non Valſalvæ *de aure humana*, Bonon. 1704. 4. Graafii *de org. generat.* L. B. 1677. VVilliſii *de cerebri anat.* Lond. 1664. 1670. Vieuſſenii *in neurograph. univ.* Lugd. 1675. 1716. fol. Bianchi in *hiſtoria hepatica*, Genev. 1725. 4. t. 2. Pacchioni *de duræ meningis fab. & uſ.* Rom. 1701. 8. aliorumque hujuſcemodi. Verum claudicabit adhuc anatomes niſi ſummorum anatomicorum opera convocaveris, Ruyſchii quidem Amſtelædami, 1691. ec. pluribus vol. 4. edita, & Morgagnii *adverſaria anatomica*, Patav. 1719. 4. *epiſtolæ* item *anatomicæ* duæ, L. B. 1728. 4. atque *epiſtolæ duodeviginti* cum operibus Valſalvæ ejuſdemque vita eleganiſſime exarata, Ven. 1740. 4. c. m. & ibid. 1741. c. min. quibus adjiciendæ jure ſunt merito *obſervationes anatomicæ* præclariſs. Santorini, Ven. 1724. 4. Sed tanti tibi erit cadavera humana diſſecare, *cultroque* ad id uti *anatomico* Lyſeri Hafniæ, 1655. 8. *methodo*que cl. Caſſebohm *ſecandi, & contemplandi corp. hum. muſc.*, ejuſdemque *methodo contemplandi viſcera*, Halæ 1740. 8. aut cl. C. Fabricii *idea anatomiæ practicæ*, VVetzlar. 1741. 8. Ad eruditionem poſtea comparandam Veſalium lege, Columbum, Bauhini *theatr. anatom.* Jo. Riolani f. *opera anatomica*, Spigelii, Thomæ Bartholini, Euſtachii, co-

Digitized by Google

Valverda, *Bauhino*, *Riolano*, *Spigelio*, & aliis referens. Utiliſſimum certe erit tam nobili ſcriptore bibliothecam tuam exornare.

Præſtantiores Hippocratis & (*a*) Galeni libros recenſuimus, quos ex majeſtoſa dicendi gravitate genuinos eorum partus judicarunt doctiores viri. Sed quia propter ſententiarum profunditatem non facile cuivis datum eſt eorum abſtruſa adyta penetrare, celebriores adjunximus expoſitores, qui in unoquoque opere operam navarunt egregiam, obſcuriſſima Apollinis pandentes oracula. Quod expreſſe ex cunctis Hippocratis operibus pari verborum energia ac dictorum acumine aggreſſus eſt enodare cordatiſſimus auctor *Proſper Martianus*.

Poſt

rumque qui in Mangeti bibliotheca anatomica reperiuntur, iis haudquaquam neglectis, qui zootomiam, ſeu comparativam agitarunt anatomem: deligendique Severinus in *zootomia democritea*, Norib. 1645. 4. Blaſius in *anatome animalium*, Amſt. 1681. 4. & M. B. Valentinus in *amphitheatro zootomico*, Francof. 1720. f. Qui autem ſumptus timent, Heiſteri compendio anatomico figuras addant Diemerbroekii, & Verheyenii cum ſuppl. aut Mangeti *theatro anatomico*, Genev. 1717. t. 2. quod nunquam legendum ſine adverſariis viri illuſt. præceptoris quondam mei Jo. Bapt. Morgagni.

(*a*) Præter nominatos Galeni libros, quos *de optima ſecta*, *de optimo dicendi genere*, *deque artis conſtitutione* ſcripſit nullus eſt, qui inter præſtantiſſima Galeni ſcripta non collocet.

Digitized by Google

Poſt quem *Julius Alexandrinus* in Enantiomatis; *Joubertus* in Paradoxis; *Valeriola* in Enarrationibus; *Rorarius* demum in Dubiis ex Hippocrate, Galeno, Celſo, Aetio, Ægineta, & Avicenna collectis, acutiſſima, & appoſitiſſima dederunt reſponſa. In hoc argumento poſt Martianum eligatur *Rorarius*, nec rejiciatur (*a*) *Conciliator* Differentiarum Aponenſis emunctus præſertim barbarie multa, illius ſæculi eloquio. Adhibuit nuper ſpongiam *Horſtius* elegantiſſimus, & jam defæcatum cunctis ingeniis protulit deguſtandum.

Sic Galenum emunxit *Lacuna* Hiſpanus ille Dioſcorides, ſublatis digreſſionibus, & Græca dicacitate non parum coercita. Compendium eſt, me hercle, non compendioſe laudandum, cunctis quibus breviloquium arridet aptiſſima ſupellex.

Poſt Hippocratem & Galenum merito in Apollinea Græcorum familia, Principum nomen adepti ſunt *Aetius*, *Paulus Ægineta*, *Alexan-*

(*a*) Hujus vitam, ſcripta, atque editiones erudite non minus, quam eleganter nobis italice tradidit Co. J. M. Mazzuchelli in tom. 23. opuſcul. P. Calogerà, Ven. 1741. 12. Opus inſcriptum *conciliator differentiarum* in compendium redegit Horſtius, titulo: *Conciliator enucleatus*, Gienæ 1615. 4. & 1643. f. Quem tamen Conciliatorem plerique magni faciunt, Freindius parvi facit in hiſtoria medicinæ pag. 157. edit. Ven.

Digitized by Google

lexander Trallianus, *Aretæus*, *Rufus*, *Oribaſius*, *Actuarius*, (*a*) *Cœl. Aurelianus*; *Scribonius*, & latinus alter Hipocrates *C. Celſus*: quos ignoraſſe

(*a*) Hunc nequicquam quæres in opere celebri H. Stephani inſcripto: *medicæ artis principes poſt Hipp. & Gal.* Pariſ. 1567. f. t. 2. utique quidem extant hujus ſcriptoris V. chronic. paſſion. libri in Aldina collectione *medicorum antiquorum latin.* pag. 249. Ven. 1547. f. digna vel maxime bibliothecam ingredi, quia & Plinium Valerianum, & Soranum, & Priſcianum, & Trotulam continet, qui in collectione Stephani deſiderantur. Videtur Fabricio in biblioth. lat. lib. IV. c. 12. ὑπερβολικῶς, quod ſcribit Mercurialis *var. lect.* lib. 1. c. 10. & l. 2. c. 12. ſcilicet: „ Cœlius Aurelianus, ſive potius Soranus a Cœ- „ lio latinus redditus „ ipſum Cœlium ſecutus, qui in lib. 2. *acut.* cap. 1. p. 66. edit. Lugd. „ Soranus vero, *inquit*, cujus hæc ſunt, quæ „ latinizanda ſuſcepimus „ & c. XXVIII. p. 123. „ Soranus, cujus veriſſimas apprehenſiones la- „ tino ſermone deſcribere laboramus: „ Verum quidquid eſt, Cœlium, ut ut ſcriptorem barbarum, ſectæque addictum methodicæ, *medicum graviſſimum* appellat Alpinus in præfat. *med. methodicæ*; *græcæ linguæ, & medicinæ peritiſſimum, & in tractandis morbis maxime verſatum* Auctor præfationis epiſt. ad edit. Lugd. 1567. 8. *inque notis morborum enarrandis, deſcribendiſque & copioſum & accuratum*, Freindius in epiſt. ad R. Frevvin præmiſſa *comm.* IX. de feb. Celerum, ſive acutarum paſſionum libros tres, quinque vero tardarum, ſive chronicarum Cœlius compoſuit, quorum luculenta editio eſt Amſtel. 1709. 4.

Digitized by Google

raſſe piaculum. Ut enim facilius daretur illis frui poſſe, longe diſſitos in unum convocavit diligentiſſimus *Henricus Stephanus*. Rueret mehercle Bibliothecæ Medicæ ædificium his deſtitutum fulcris robuſtiſſimis.

Nec Princeps Arabum *Avicenna* abeſſe debet, immo poſt Hippocratem, & Galenum (*a*) pri-

(*a*) Primum locum deberi Celſo; Aretæo; Aureliano, Tralliano, vix quiſquam hodie erit, qui neget. Celſo quidem latino Hippocrati dicto, quemque poſt Hippocr. & Gal. Plempius ipſe, qui Avicennæ libros tranſtulit, primum colit. Vid. hujus *præfat. ad manud.* Lindani. Tum Aretæo, cujus *auctoritatem Hippocrati æqualem* habet Boerhaavius l. c. quique teſtante Conringio cap. III. th. XIV. „ in recenſendis „ morborum ſymptomatibus tantam induſtriam „ adhibuit „ quantam ex antegreſſis eum nemo. „ Tralliano quoque (nam de Aureliano dictum modo eſt) qui non ſolum morborum ſigna diligenter & dilucide exponit, verum etiam *in remediis*, Boerhaav. l. c. *præſcribendis ad unumquemque morbum* eſt *omnium optimus*, demptis quibuſdam ſuperſtitioſis. Editio Celſi Patavina, 1722. 8. Aretæi græca Pariſ. 1554. 8. latina Ven. 1552. 4. græco-latina cum notis varior. L. B. 1731. f. Tralliani græca Pariſienſis luculenta, 1548. f. vel græco-lat. Baſil. 1556. 8. eligantur. Atqui non hos modo auctores Avicennæ, &, quotquot extitere, Arabibus jure prætulerim, ſed ipſum quoque Oribaſium, Aetium, & Paulum Æginetam. Nam quamvis, non minus quam Arabes, Græcorum ſcripta compilaverint; attamen hi feliciores extitere ῥαψῳδοὶ,

Digitized by Google

mas teneat, (*a*) non minus evolvendus, non minus exſugendus lectione indefeſſa, eo magis quod priſcorum interpretum barbariem fere totam

nec philoſophicis tricis lectorem morantur, nec tenebris ſcatent Arabum. Oribaſii prodiere græce, præter quædam librorum capita, Romæ 1543. 4. nitidiſſimis Pariſienſibus typis, 1556. 8. ΤΑ ΤΩΝ ΟΡΙΒΑΣΙΟΥ ΙΑΤΡΙΚΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΩΝ ἐκ τῶν Γαληνοῦ, ἀνατομικά. Latine vero libri XVII. & IX. ad Euſtathium, vertente Raſario, quamquam minus feliciter, Ven. 1554. 8. t. 2. & Baſil. 1557. 8. t. 3. plura exiere, inter quæ commentaria aphor. Hipp. quæ ſane perperam adſcribuntur Oribaſio. Aetii octo ex ſexdecim libri græce ſunt editi Ven. in ædibus Aldi 1534. f. omnes vero latine Cornario interprete, Baſil. 1549. fol. & Lugduni eodem anno ac forma. Denique Pauli Æginetæ opera omnia græce lucem viderunt Ven. in eiſdem ædibus 1528. f. & Baſileæ caſtigatiora Cratandri typis 1538. f. Latina editio ex Andernaci verſione Lugd. 1589. 8. & Baſil. 1556. f. Cornario interprete laudantur.

(*a*) Suus tamen eſt honos Avicennæ; quidquid Manardus, Fuchſius, Leonicenus, aliique veteres recentioreſque viri ſecus ſentiant; dum „ rem „ Conring. loc. cit. cap. III. „ hactenus „ Græcis ipſis intentatam aggreſſus eſt, inte„ gram artem medicam in unum ſyſtema re„ digere conatus. Quamquam enim non ne„ gaveris, multa in illo opere canonis occurre„ re, quæ correctionem mereantur, fatendum „ tamen eſt eſſe opus admiratione dignum. „ Ob id equidem nec *divinum* appellare *virum* volo, nec medicis *omnibus perneceſſariam ejuſdem*

Digitized by Google

tam exuerit lucubrationibus doctiſſimi *Joannis Coſtæi*, poſt fidelem & emunctam verſionem *Bellunenſis*, & *Cremonenſis Gerardi*. In hunc Principem elucidandum inſudarunt multi, ſed ita vaſtis, ita prolixis operibus, ut vix pro lectione tanta ſufficiat ſæculum. Lege ipſum nudum, vel *Sanctorii*, *Carrerii*, *Sancta Crucii* in primam Fen doctiſſima perlege commentaria.

Pœnæ hujus familiæ extant adhuc medicinæ proceres clariſſimi; ſed unus pro cunctis accerſeatur (*a*) *Raſius* experientiſſimus au-

lectionem eſſe cenſeo, uti J. Cæſar Scaliger arbitratur; quin cum Schelhammero vereor, ne Avicenna *judicio*, & *ingenio eximius*, *experientia nullus* fuerit; quod „ fortaſſis „ ait idem, cap. III. th. XXIII. „ illud ingens philoſophiæ ac „ theologiæ ſtudium, opuſque ipſum hoc ſyſtematicum immenſi laboris a praxi eum abſtraxere. „ Quæratur editio cum annotat. Coſtæi, & Mongii, Ven. 1595. 1608. f. tom. 2. Primum, & alterum canonis librum Plempius etiam interpretatus eſt adjectis ſcholiis, Lovan. 1658. f.

(*a*) Rhaſes, auctor ingentis illius operis quod *continens* appellatur, dignum lectu vel eo nomine, quod multa aliorum fragmenta ibi collecta reperiantur, quæ nullibi alias extant. Adſcribitur etiam vulgo illi liber ad Almanſorem, qui non infeliciter totam plerorumque morborum medendi rationem continet: verum, ſuppoſititium eſſe opus hoc, valde videtur veriſimile. Ex Conringio l. c. cap. III. t. XXII. Arculani expoſitionem in nonum Razis ad Alman-

Digitized by Google

auctor, quem in praxi fere ſecuti ſunt doctiores neoterici. In librum nonum ad Almanzorem habet interpretes præ cæteris, *Jacchinum*, *Veſalium*, *Mercurialem*, quod ſufficit ad extremum commendationis: non tamen ſunt contemnendi *Haliabbas*, *Alzabaravius*, *Abenzoar*, *Albucaſis*, *Serapio*, & alii.

In Praxi igitur claruere multi.. Sed hodie noviſſimus (*a*) *Sennertus*, multa ſegete aucta palmam rapit. Hic, ut diverſis arrideat ingeniis, quamplurima experta, & curioſa ex fonte ſpargirico pandit medicamina, a quibus certe non debet abhorrere perfectus Medicus. Quapropter ne ſtomacheris, ſi hujus claſſis celeberrimos ſcriptores tibi ingeram. Non qui-

ſorem „ præ ceteris illius ævi, & fortaſſe ſe„ quentis planam ac plenam „ laudat Van der Linden l. c. Veſalii expoſitionem ſuppoſititiam nonnulli eſſe pro certo habent: nonnulli in dubium revocant.

(*a*) Compilator hic fuit græcorum, latinorum, atque arabum; nulliuſque ſectæ adhærendo de cunctis morbis ſcripſit luculenter & methodice. Cautio tamen adhibenda eſt, ne ſcilicet nimium remediis compoſitis credas, quæ proprio marte effinxiſſe, non autem praxi didiciſſe, cenſet Schelammer. loc. cit. cap. VII. th. XIII. Excellit ceteras editio Lugdun. 1676. fol. tom. 6.

Digitized by Google

quidem propono (*a*) *Paracelſum*. Oportet namque qui ſe illi addixerit odiſſe Hippocratem. Satius eſt ut ipſe abſit a Bibliotheca, ne ſuis nominum horrendis innovationibus, & operationum labyrinthis imperfectum ne dicam impium efficiat Medicum. Ars tamen ſpargirica, ſi ſine ſycophantiis exerceatur, cum ſit apprime commendanda, ſuos auctores præſtantiſſimos, & laude dignos in bibliothecam deferat; (*b*) *Crollium* nimi-

(*a*) Etſi vera ſunt, quæ cl. Auctor ſtatuit de Paracelſo „ non diffitendum tamen „ inquit Conring. c. III. th. XXXVII. „ egregia in ipſius „ ſcriptis quædam medicamenta, quæque apud „ alios fortaſſis non perinde occurrunt, haberi „ *niſi obſcura*, addit Schelamm. in addit. *deſcribendi ratione ea corrupiſſet*. Longe meliora ex Helmontio colligere eſt; cujus *de lithiaſi* tractatum commendat Boerhavv. loc. cit. licet & ipſe in pleriſque ſit φλύαρος, ἀλόγιστος. Ideoque ſuadente Schelammero magno cum judicio legendus, nec Tyronibus, verum iis, qui veris artis principiis, & ratiocinandi facultate ſunt inſtructi. Plura de hoc vide apud eundem c. II. th. XXIII. Paracelſi opera omnia latine, Genev. 1658. fol. t. 2. Helmontii Amſtel. prodierunt, 1652. 4.

(*b*) Præter hos ſint tibi duces præcipui N. Le Febure *de la chymie*, a Paris 1660. 8. vol. 2. Glaſerus in *traité de la chymie*, Bruxell. 1676. 8. N. Lemery in *cours de chymie*, a Leide 1716. 8. J. C. Barcauſen in *elementis chemiæ*, L. B. 1718. 4. Vix hiſce præſtantiores invenies ad artis uſum. Theoricem vero poſt Keilium princeps vulgavit

Digitized by Google

nimirum, *Fabrum* philochymicum, *Beguinum*, *Glauberum*, *Rulandum*, *Mynſichtium*, doctiſſimum *Poterium*, eruditiſſimum *Quercetanum*, *Salam Vicentinum* exercitatiſſimum, & unum *Hartmannum*, qui praxi Jatrochymica & Annotationibus in Crollij Baſilicam locum meretur regium. Non tamen Galenicis deſtituaris (hæc ſit tibi regia via, & præcipuus callis)

Freindius in *prælectionibus chymicis*, in quibus chymicas operationes mechanice explicans chymicam inter ſcientias reponit. Eximius Stahlius non in theoreticis modo, ſed in ipſo artis uſu mira prodidit *in fundamentis chymiæ*, Norimber. vulgatis 1723. 4. Hunc ſecutus Boerhaavius in *elementis chemiæ* recuſis Venet. 1737. 4. t. 2. Tum auctor eruditus libri inſcripti: *nouveau cours de chymie ſuivant les principes de Nevvton, & de Stabll*, a Paris 1723. 1737. 8. vol. 2. recuſique Ven. italice 1738. 4. Ea quoque tibi potiſſimum perluſtranda, quæ Stahlius in *experim. chym. & phyſic.* Berol. 1731. Bohnius in *diſſert. chymico-phyſicis*, Lipſ. 1696. 8. F. Hoffmannus in *obſervationibus phyſico-chemicis*, Halæ editis 1722. 4. quæque præcl. viri Hombergius, Geofroy, & Lemery junior monumentis mandarunt Academiæ Regiæ ſcientiarum; atque incomparabilis naturæ μύϛης ill. Boyle, Kunkelius in *philoſophia chemica*, & Glauberus in variis operibus protulerunt. In alchemiſtica ea adito, quæ cl. Mangetus collexit in bibliotheca chemica curioſa, Genev. 1702. f. t. 2. inque varia eruditione, quæ Conring. habet in lib. de *Hermetica medicina*, Helmſ. 1648. 4. itemque in Hermete Ægyptiorum ab eodem vindicato, ib. 1674. 4.

Digitized by Google

callis) (a) *Altimaro*, *Mercato*, *Mercuriali*, *Guainerio*, *Rondeletio*, *Hollerio*, *Maſſaria*, *Capivaccio*, *Riverio*, & uno admirando

(a) Ineat pariter eruditi bibliothecam opus Gordonii, *lilium medicinæ inſcriptum*, *doctiſſimum* a Conringio dictum; Matthæi de Gradibus e græcis, & arabibus concinnata ſummo ſtudio praxis; Paſchalii praxis egregia multa continens cum Peredæ ſcholiis; Alexandri Benedicti practica, in qua remedia uſu comprobata, inque aliis non extantia, continentur neque in qua Galeni, antiquorumque verba ſuperſtitioſe ſervantur; Plateri praxis, quæ licet remediorum delectu egeat, in deſcribendis tamen morbis palmam meretur. Neque prætermittendus Trincavellius eruditus ſcriptor ac ſolidus; neque H. Saxonia in ſignis morborum enodandis accuratus; nec H. Montui libri doctiſſimi & practico comprimis utiles; neque Jac. Sylvii opera egregiis remediis & obſervationibus prædita; nec Fr. Joel opera medica hoc nomine potiſſimum commendanda, quod vulgaria remedia, uſu comperta maxime detegat; minimeque omnium Alpinus de *medicina methodica* præclare meritus, quam in dies magis magiſque coli, atque illuſtrari cernimus mechanicis & anatomicis inventis. Verum ſuperſunt alii, quorum lectioni potioribus nervis incumbere Tyro debet: qui ſcilicet diſerte de morborum ſignis agunt, qui ſolide de morborum eſſentia, cauſſis, & ſymptomatibus ex novis inventis diſſerunt, quique veram medendi methodum tam generalem, quam particularem concinne tradunt. Signa prognoſtica quam accuratiſſime agitavit Hippocrates in lib. *prænot. coac. prædict.* & *aphor.* in diagnoſticis nemo ſuperavit Aurelianum; inte-

Digitized by Google

do *Riolano*, qui ad normam librorum Galeni de Morbo, & ſymptomate, ingenioſam con-

gram vero ſemejoticem luculenter tradidit T. Fienus peculiari *de ſignis medicis tractatu*, Lugd. 1664. 4. quam pariter accuratiſſime Lommius expoſuit in lib. tribus cedro dignis *obſervationum medicarum*; quibus adjiciendæ ſunt merito VVedelii *exercitationes ſemejotico-pathologicæ*, Jenæ 1704. 4. Pathologiam perdiſcat ex Baglivio, Bellino, Pitcarnio, de Moor, Freindio, Hecquetio, Bazzicalve, Mazino, & præſertim ex Boerhaavio, & Fr. Hoffmanno. Curandi methodum univerſalem ſuppeditant ſupra nominati Valleſius, Mercatus, Sanctacrux, Claudinus, Septalius, Caſtrenſis, quique medentium errores indicarunt, & Scoltzius in *aphoriſmis*: ſpecialem vero praxis Hollerii cum notis Dureti exhibet, abſolutum utique opus, cui inſuper comprobata inſunt & familiaria remedia; Cæſalpini, qui curandi rationem quammaxime ex Hippocrate ſumpſerat; Riverii, qui ex optimis ſcriptoribus. inprimiſque ex Sennerto, pleraque tranſcripſit; Valeſci de Taranta qui medendi canones præclaros habet, ſententias veterum recto ordine diſtributas, ſeque ſe a philoſophicis quæſtionibus, ſecus atque Riverius fecerat, prudenter abſtinet; & T. Burneti perutilis *theſaurus medicinæ practicæ*. Ettmulleri autem praxim, opus profecto eruditiſſimum, non ante legas, quam artis uſum adeptus fueris; quippe quia præceptore indiget pro remediorum delectu. Itemque experientem virum poſtulant opera practica Ch. Jo. Langii, Sylvii de le Boe, VVilliſii, Dolei, Craanii, Bontekoe, VValdſchmidii, Mayerne, Tozzi, quorum hic αἱμοφοβος & præ aliis nimium chymicis indulgens remediis.

Digitized by Google

conſtruxit praxim, brevem quidem, ſed omnia cingentem.

Indicationes curativas nec Galenus ipſe melius Mercato intellexerit. Hoc opus *Mercati* celebrius eſt inter cetera jure, & liber de morbis mulierum, in qua materia non minus lepide ſcripſit *(a) Rodericus a Caſtro* med. Hamburgenſis. Gynecæorum auctores, quos vtiliſſime in unum corpus congregavit *(b) Iſrael Spachius*, digni ſunt ut habeantur præ manibus.

(*a*) Non reſpondere titulo hunc Roderici tractatum, animadvertit Conring. cap. v. t. XVIII. laudatque Mercatum, adjicitque J. Varandeum, Raph. Moxium *de morb. mulieb. per v. ſ. curandi rat.* parvumque libellum Thaddei Duns *de mulierum morbis*. Contra Lindanus l. c. hunc nominat unum inter plures qui de mulierum morbis egerunt: eo fortaſſe quia hic ipſe contraxerat, quæ Mercatus, & Mercurialis de hoc argumento ſcripſerunt. Roderici editio *de mulierum morbis* emendatior eſt Hamburg. 1603. f.

(*b*) Hujus collectio lucem vidit Argent. 1597. f. continetque Mercati opus, ſcriptaque Bauhini, & Akakiæ de morbis mulierum, quæ in collectione gynæciorum Bauhiniana Baſil. 1586. 4. vol. 3. deſiderantur. Cumque in utraque collectione reperiantur admiranda Cordæi commentaria in *lib. 1. de morbis mul. Hipp.* correctiora autem in Bauhiniana, ideo hæc ei utique comparanda, cui Pariſienſis Cordæi editio deeſt emendatiſſima cum græci textus verſione, 1585. fol. apud Duvallium. Rurſus de morbis mulierum accurate ſcripſit Primeroſius, Rott.

Digitized by Google

bus. Nihil enim ſuperfluum pro medicina mulierum, quæ videtur ſeparatam librorum congeriem, & totum medicum deſiderare. Nam *divino indigere auxilio dicebat Hippocrates eum, qui mulierum affectiones recte curare vellet*. Quare per multos libros exploranda eſt talium morborum notitia, & apta remediorum applicatio. Nec obſtetricum libris in hoc genere tetrice eliminatis. Extant enim vel Gallico, vel Italo ſermone accuratiſſimi tractatus,

1655. eorumque ſterilitatem Valliſnerius erudite tractavit in tertia parte *della generazione dell' uomo* pag. 245. editionis operum omnium Ven. 1733. fol. tom. 3. Morbos uteri ſcitiſſime illuſtravit Terenzonus, Lucæ 1715. 4. De *menſium muliebrium fluxu* eleganter egit Stahlius Halæ 1694. 4. & Freindius in *emmenologia* Rott. 1711. 8. & Ven. 4. Medicam de *morbis gravidarum* diſſertationem edidit van Blankeſteyn L. B. 1715. 4. Naturalem *molarum uteri* hiſtoriam ibid. 1686. 8. J. B. de Lamzvveerde; & perdoctam Albinus de *partu difficili*, Bergerus de *fluore albo* diſſertationem exhibuerunt. Tum experientiſſimi viri F. Mauriceau legendus ac perlegendus Tyroni *traité des maladies des femmes groſſes*, ec. Pariſ. 1695. 4. t. 2. & Ven. 1740. 4. t. 2. italice redditus: cui addi poteſt H. a Deventer in *obſervationibus chirurgicis artis obſtetricandi*, L. B. 1733. 4. & S. Melli in libro, cui titulus: *la comare levatrice iſtruita nel ſuo uffizio*, Ven. 1721. 4. præter cl. viros Dionyſium, P. Ammandum, Mottium, quorum præclara *des accouchemens*, Pariſ. vulgata leguntur.

Digitized by Google

ctatus, & vtiliſſimæ obſervationes. Memento Galenum non puduiſſe quandoque a mulieribus approbaſſe ac deſcripſiſſe remedia.

De (a) virginum morbis difficilius adhuc negotium. Extat inter Hipp. libros opuſculum non contemnendæ frugis, quod etſi doctrinæ, & ſtili gravitatem illius divini ſenis non redoleat, tamen non rejiciendum. Sufficit quod inter antiquos hoc argumentum hic ſolus auctor aggreſſus fuerit. At ex junioribus non pauci, dum de mulierum affectionibus tractarunt, ſed ex profeſſo doctiſſimus *Ranchinus* curioſe, & diligenter cuncta complexus eſt. *De morbis (b) puerorum*, *Mercurialis* tractavit acuratiſſime, & apud Hiſpanos *Sorianus* lingua vernacula. In quo pariter labora-

(*a*) Hunc περὶ παρθενιῶν libellum J. Baptiſta Donatius commentariis brevibus exornavit. Cordæus vero in ſuis ad hunc ipſum libellum *commentariis*, Pariſ. 1574. 8. multo majorem laudem eſt conſecutus: practicis quoque præceptis refertus eſt eximii Ballonii tractatus *de virginum, & mulierum morbis*, Pariſ. 1643. 4. & Ven. cum ceteris operibus, 1734. 4. t. 4.

(*b*) Scripſit pariter haud exigua cum laude Ferrarius *de arte medica infantium*, Brixiæ 1577. 4. Strobelbergerus breviſſimam *manuductionem ad curandos pueriles affectus* typis Lipſ. mandavit, 1629. 8. Primeroſius partes duas *de morbis puerorum* exaravit vulgatas Rott. 1659. 12. Eidem argumento egregiam operam navavit doctiſs.

Digitized by Google

borarunt *Petrus Bagellardus a Flumine*, (a quo forſan ſitibundi juniores puriores aquas exhauſerunt) *Sebaſtianus Auſtrius*, *Faventinus*, *&* *Keufnerus*: ſed admodum jejune. Auſtrium tamen fœliciſſime illuſtravit nuper *Nicolaus Fontanus* Medicus Cæſareus. Eligatur in theoricis *Serna* doctiſſimus Regis Philippi Archiater: in hoc præcipue verſatus eſt ut infantium Regiæ familiæ ſanitati provideret, & morbo laborantibus diligentiſſime ſuccurreret. Habeatur hoc opus præ manibus, opus Regium, & dignum ſingulari ſtudio. At in practicis alii claruerunt, qui flexili puerorum naturæ, & facile mutabili, facilia ac ut plurimum domeſtica remedia ſciunt adaptare, nec dedignantur deſcribere. Parvis etenim auxiliis indigere puerilem ætatem dicebat Valleſius lib. 6. epid.

Ranchinus *in opuſculis medicis*, Lugd. 1627. 4. Optime quoque meritus eſt Gual. Harris in tractatu *de morbis acutis infantum* præſertim in pathologicis; ejus quippe curandi methodus certe in noſtris regionibus vix ac ne vix quidem eſt tuta, cum ægerrime infantes purgantia ſuſtineant, nec abſorbentium virtutem æque ac fortaſſe in Anglia perſentiant. Porro plura ab aliis prætervifa animadvertunt viri in obſervando ſagaciſſimi VVedelius in tractatu *de morbis infantum*, Jenæ 1717. 4. & F. Hoffmannus in ſuo *de morbis infantum præcipuis*, Baſil. 1741. 8. & Ven. cum aliis operibus in 4. 1741. quod eſt ſupplementum *med. rat. ſyſtemat.*

epid. ſect. 8. com. tex. 44. Opuſculum noſtrum de Coloſtro, quod pro hoc adimplendo puncto ſedulo exaravimus, & jam ſub prælo eſt, ſperamus fore ut non diſpliceat.

Ut pueri igitur (*a*) Παιδοτροφή difficili admodum artis medicæ parte gubernantur, ſic *Senes* delicatiſſima *Gerocomice*. De qua antiqui generice tantum, & quaſi per tranſennam pauca tetigerunt, ſub Prophylactica, vel Analeptica comprehendentes. Quære neotericos, qui hanc nobiliſſimam medicinæ partem ex profeſſo excolere aggreſſi ſunt. *Aurelius Anſelmus* de ſenum regimine aliqua, ſed docta valde: *Fogerolis Galli* elucubrationes ſeniorum medicorum ſtudium, & commendationem merentur. Tandem ſenectutis ille ſoſpitator magnus

(*a*) *Puerorum regimen* docet Hucherus in libro *de diæta & therapeja puerorum*, Genev. 1609. 8. *Studioſorum* Ficinus in libro *de triplici vita*, Lugd. 1657. 16. itemque Horſtius de horum *ſanitate tuenda* duos libros compoſuit, impreſſos Gieſſ. 1615. 4. *De præſervatione corporum debilium in aere ſubtili*; nec non *de regimine transfrætantium* Barth. Montagnanæ tractatus habemus, excuſos cum aliis hujus viri operibus, Franc. 1604. fol. & Grataroli noſtri *de regimine iter agentium, vel equitum, vel peditum, vel navi, vel curru, vel rheda*, Baſil. 1561. 8. denique eruditiſſimum L. A. Porzii opus miramur *de militis in caſtris ſanitate tuenda*, recuſum Hagæ Com. 1739. 8. cum additamento egregii tractatus VVillii *de morbis caſtrenſibus*.

gnus *Ranchinus* (*a*) cuncta quæ in hoc argumento poſſis exoptare, liberaliter & munifice exhibet: medica ejus opuſcula medicam bibliothecam digniſſima certe ac nobili exornabunt ſupellectile.

(*b*) *De febribus* fere omnes practici, quos lon-

(*a*) Γεροκομική. *De ſenum conſervatione, & ſenilium morborum curatione* præclare agit Ranchinus in modo enarratis opuſculis, in quibus virginum etiam morbos, & ſubitaneos diligenter pertractat. Nec minus ſe diligentem præſtitit M. Sebizius *in exercit. de ſenectutis, & ſenum ſtatu, ac conditione*, Arg. 1645. 4. Adeundi quoque B. Stainer *de conſervanda ſenum ſanitate*, VVirceb. 1631. 4. Benedictus de Bacquere in *ſenum medico*, Colon. Agripp. 1673. 8. Bergerus in diſſertatione *de ſenect. præſid.* Helmſt. 1699. demum Schraderus, Liebchen, Schelthas, & VVelſtedius, qui pulcra typis, de ætate vergente tradiderunt.

(*b*) Collaudantur in doctrina febrium poſt Galenum Arculanus, & P. E. Caprilius, ex quo plura excripſit Sennertus. At ille nimis prolixus & philoſophicis refertus tricis; hic nimia diviſionum abundat ſubtilitate, & de putridis tantummodo agit febribus. Perlegat Tyro pathologiam febrium a ſummo mechanico Bellino exhibitam in tractatu *de febribus*. Conſulat deinde elegantem Lommii librum *de febribus continuis*, Antuerp. 1563. 8. ubi febrium curationem potiſſimum ſanguinis miſſione, & recta victus ratione peragit vir arte inſignis. Eſt etiam & D. Santorini liber, titulo: *iſtruzione intorno alle febbri*, Ven. 1734. 8. in quo pauciſſimas febrium diviſiones inſtituit, deque earum

longum eſſet recenſere; eligatur pro ſtudio & curatione unus aut alter. *Sennertus* arridet diſtinctus, facilis, expeditus; in Theoricis poſt *Luſitanum Veigam*, qui libros Galeni de differentiis febrium commentariis illuſtravit, acutiſſime more ſuo ſe geſſit *P. Garcia Carrerius*; opus quidem poſthumum auctoris, quod tamen ſapit ingenii ſubtilitatem, & in diſputationibus miram energiam: ſed præ ceteris ſit

ſignis, cauſſis, ac remediis ſolide differit: at quum de china chinæ propinanda ſermo incidit, ut auctor videtur in eandem fortaſſe plus æquo propenſus, ſic adeunda merito experientiſſimi Torti *therapeutice ſpecialis ad febres* periodicas pernicioſas, Ven. 1732. 4. quo nemo rectius hujus uſum docuit. His perlectis accuratiſſimus febrium hiſtoriographus Sydenhamius evolvendus, qui ob inſignem in medendo felicitatem teſtante cl. Furſtenau *in deſiderat.* p. 229. febrium medicus κατ' ἐξοχὴν civibus ſuis appellatus eſt: neque minus peregregiæ cl. VVerlhoff obſervationes *de febribus præcipue intermittentibus, & ex earum genere continuis*, Hannov. 1732. 4. Reſervantur vero eruditis legenda ſequentium ſcripta, ſcilicet Montui *baloſis febrium*, Lugd. 1558. 8. Liddelii, & Paſchalii *de febribus*, græcorumque, latinorum, atque arabum *commentationes de febribus*, Ven. 1576. 1594. f. in qua collectione omiſſum miratur Fabricius *bibl. græc.* l. IV. c. 25. Aphrodiſæi libellum *de febribus*, Baſil. 1542. 8. alibique excuſum, in quo naturam, genera, differentias, & cauſſas febrium ſuccinte perſequitur.

Digitized by Google

tibi familiaris *Hucherus* Monſpel. profeſſor ; doctus.

De morbis ſubitis, præſentaneam & citiſſimam manum petentibus, debuiſſent omnes tractaſſe Medici, & pro re tam præcipiti, in remediis exquiſitiſſimis indagandis fortiter inſudaſſe : pauci tamen hanc provinciam ſuſceperunt debellandam. Dictavit quondam Salmanticæ auditoribus ſuis meritiſſimus profeſſor, & præceptor meus *Ruiſius*, ſubtiliſſimis in unoquoque affectu additis diſputationibus ad naturam affectuum certius indagandam apprime facientibus, electiſſimis poſtmodum remediis imminentia pericula evitare docens. Fient forſan aliquando publici juris ad medicinæ majorem exornatum. Interim fruere diligentiſſimo *Ranchino*, vel *Montuo* eruditiſſimo.

Morborum (*a*) *a veneficio*, *&* *Faſcino* inducto-

(*a*) De eo quod *divinum*, *aut ſupernaturale* eſt in morbis ſcripſit non inepte Jordanus, Francof. 1651. 4. & fuſe Frommannus in tractatu *de faſcinatione*, Norimb. 1675. 4. Henchelii *methodus cognoſcendi*, *&* *curandi energumenos*, Francof. 1689. 8. palmam rapit; pariterque ejuſdem tractatus *de phyltris*, *eorumque efficacia*, *ac remediis*, ibid. 1690. 8. Eruditam F. Hoffmannus diſſertationem protulit *de Diaboli potentia in corpora*, in opuſculis phyſico-medicis, Ven. 1738. 4. Quæ tamen cuncta, caute tamen, conferantur cum elegantibus epiſtolis de S. Andrea *de magia*, *maleficiis*, *&* *incantationibus*, Pariſ. 1725. 12. cumque exercitatione peregregia Jo. Linder

ctorum etſi videatur ad Medicum non pertinere curatio, cognitio tamen non venit ſpernenda, immo neceſſariam judico: nec in dubium eſt revocandum dare hujuſmodi ægritudines (quod fecerat *VVierus*, a *Bodino* acerrime reprehenſus) quinimo nimium ſæpe in praxi occurrunt, & non paucis Hiſtoriis fide dignis annotarunt auctores inclyti; non Medici ſolum, ſed Theologi doctiſſimi, *Petrus Thireus*, *Franciſcus Maria Guaccius*, *Silveſter Prierias*, *Leonardus Vayrus*, Magiſter *Ciruelus*, & alii, inter quos primas obtinet *Delrius* admirandæ eruditionis vir, & inter Medicos qui in hac meſſe ſalcem immiſerunt, *Baptiſta Codronchius*, quem non ſatis laudaveris, quamvis *Sennertus* par. 9. lib. 6. in hoc argumento omne punctum accuratiſſime impleverit. Ex his habebit Medicus quid de ſimilibus morbis catholice ſentire, & quo pacto data occaſione, ſe gerere debeat. Legantur: ne fraus & deluſio dæmonum, aut muliercularum quandoque pertinax error incauto imponat Medi-

D 4 co,

de venenis, L. B. 1708. 12. in quibus omnia naturaliter fieri conantur oſtendere viri præſtantiſſimi. Accedant etiam nobilis Redii experimenta ad eos irridendos capta, qui ſe ſe impenetrabiles jactitant, italice *fatati*, ſive *induriti*, & *ghiacciati*, in tractatu: *eſperienze intorno a coſe naturali*, Florent. 1671. 4. doctaque clariſs. Roncalli diſſertatio *de homine invulnerabili*, quæ quatuor eſt altera vulgatarum Brixiæ 1740. 4.

Digitized by Google

co, & nobiliſſimæ artium Medicinæ ſit dedecori.

(a) *Animi morbi* ut divinam, & nobiliorem hominis partem occupant, ſic profecto aliquid divinum in ſe habere videntur. Quapropter divini ingenii Medicum requirunt, qui rara & admiranda eorum ſymptomata quibus prædictis affectibus valde aſſimilantur, apprime

(a) Extant Nicandri Joſſii Venefrani opuſcula *de voluptate, & dolore: de riſu, & fletu*, ec. una edita Francof. 1603. 8. cum Politiani *de riſu, ejuſque cauſſis, & effect.* libris duobus. Scripſit etiam accurate *de viribus imaginationis* T. Fienus, Lovan. 1608. 8. & diſſertationem *de natura amoris* G. Horſtius, Gieſſ. 1611. 4. Manciniuſque *de ſomniis, ac ſyneſi per ſomnia: de riſu, ac ridiculis*, ec. „ At hi libri „ ſentiente Conringio cap. XIII. th. XV. „ potius ad phyſiologiam, quam ad diæteticam diſciplinam ſpectant. „ Ad hanc referuntur, quæ de animi affectibus meditatus eſt incomparabilis Sanctorius in *ſtatica*; quæque explanarunt H. Montuus in libro *de ſalubritatis tutela*, Lugd. 1557. 8. J. C. Langius in diſputatione Lang. altera *de animi commotionum vi medica*, & tertia *de mortuis ex affectibus*, ac F. Hoffmannus in *pathol. gen.* par. 2. cap. 1. *de animi affectibus*, & in diſſert. phyſico-med. 3. *de animo ſanitatis, & morborum fabro*; Pechlinuſque in lib. 3. *obſ. phyſico-med.* quibus ſingulis haud exiguam lucem afferet erudita, ſolidorumque affectionibus ſuperſtructa J. Mel. Verdries *commentatio de æquilibrio mentis, & corporis, denuo recognita, & aucta*, Francof. 1726. 4.

Digitized by Google

me ſciat diſtinguere, ac variis læſionibus; quæ ab animi paſſionibus continuo in corpus derivantur, longo experimento didicerit curare: unde hanc cognitionem medico ſumme neceſſariam ſemper exiſtimarunt *Hippocrates*, & *Galenus*, dum hic de animi paſſionibus cognoſcendis ac curandis libellum poſteris relinquit; ille frequentiſſimas ab illis ad corporis morbos metaſtaſes ac epigeneſes, & contra, mille in locis inſinuat. Quod non prætermiſit *Plato* in Timæo. Quare moneo ut divina hæc animorum medicina toto animo excolatur, in qua elucubranda ſolerter inſudavit *Barthol. Perdulcis* cordatus auctor. In hoc genere non permittit rei novitas me involvere ſilentio *Olivam de Nantes Barreram* eruditiſſimam mulierem, quæ de hoc argumento (ut erat filia doctiſſimi Medici, Antonii Barreræ a conſiliis ſanitatis Philippi II. Hiſpan. Regis) librum, & Latina, & Hiſpanica lingua ingenioſiſſime conſcriptum ſub titulo novæ medicinæ, publici juris fecit: quem legere fuerit certe jucundum ſimul ac utile. Præterea *Curtii Marinelli* Med. Ven. doctiſs. elucubrationes de Morbis nobilioris animæ facultates obſidentibus proxime accedunt ad hoc argumentum. Quare ſumme mihi commendantur pro iis, qui theoriæ magis incumbunt, cui parti poterit forſan ſatisfacere quęſtio a nobis olim agitata de modo, quo anima poſſit morbos, & ſanitatem indu-

Digitized by Google

inducere mediis ſuis paſſionibus, quam faven-
te numine brevi curabimus excudendam.

Sed quia vix morbos, quantumvis leves, recte curare poteris abſque excretorum perfecta peritia, Auctores, Uroſcopiam, Scatomantiam, & Hydromantiam (ſudorum intelligo doctrinam) docentes accerſe. *Liber (a) de urinis*,

(*a*) Primus græcorum, qui ex profeſſo de urinis ſcripſerit, Theophilus fuit Jatroſophiſta. Hic multa e ſpurio Galeni libro de urinis exſcripſit; conſiſtentiæ urinarum coloriſque cauſſas accurate perſequitur, morboſque inde naſci ſolitos morborumque præſagia luculenter pertractat. Prodiit latine ejuſdem *de urinis* liber Pariſ. inter med. art. principes H. Stephani 1567. f. græce & latine ibid. 1608. 12. & L. B. curante Thoma Guidotio, 1703. 8. cum græci textus emendatione & augmento, verſioneque plane nova atque accuratiſſima, non ſine prolegomenis & annotationibus quam doctiſſimis. Formam a Theophilo delineatam ſervans Actuarius, multiſque inſuper de ſuo additis, urinarum doctrinam plene diſtincteque libris ſeptem explicuit latine Nolano interprete Pariſ. cuſis, 1548. & Ultrajecti, 1570. 8. cum Goupyli recognit. adnot. & ſchol. Neque per hos tantum viros, ſed per eos quidem maxime, qui urinarum doctrinam chymicis experimentis agitare cæperunt ſcientia iſta nobis excrevit, Helmontium, Boyleum, VVilliſium, cl. experimentis viros; præter eos, quos Tyronibus pervolutandos proponimus, Villichium in libello: *urinarum probationes*, Baſil. 1582. Amſt. 1688. 8. Vaſſeum, *de judiciis urinarum*, Pariſ. 1545. 8.

urinis, qui *Galeno* adſcribitur, vix fidem habet. Poſt *Actuarium* igitur ſcriptorem diligentiſſimum primas tenet *Ludovicus Collius*, qui ſimili ferme dexteritate, qua *Struthius* ſphygmicam, uroſcopiam delineavit.

At utriuſque diſciplinæ punctum perfecte adimplevit *Leo Roganus*: ut ſcatomantiæ, *Montanus Veronenſis*.

(*a*) De Sudorum variis differentiis multi ſparſim, inter quos præcipue *Manardus* inſigne Ferrarenſium decus, & artis medicinæ ornamentum, cujus tractatus de *Sudore*, & *Voluptate* non permittit abſque voluptate tractari.

(*b*) *Obſervationes*, & *Curationes* varias utiliſſime

Lugd. 1529. 1553. 12. Bellinum *de urinis*; tractatuſque *de eiſdem* duos Joſ. a Rega, Lovan. 1733. 8. in quibus auctor ſolertiſſimus non fraudes minus uromantum detegit, quam utiles ſelectaſque tradit urinarum obſervationes.

(*a*) Optima de ſudore experimenta nactus eſt eccellens chymicus Otho Tachenius, quæ omnino legi merentur. De ſudoribus quoque *perdocte, & uberrime ſcripſit*, Schelammeri judicio l. c. cap. v. th. xx. Julius Cæſar Baricellus libros quatuor, quibus *de hydronoſa natura* titulum fecit, Neap. 1614. 4.

(*b*) Proponit Boerhaavius legendum primo Carolum Piſonem *de morbis a colluvie ſeroſa oriundis*, L. B. 1650. 8. & 1714. 4. deinde Foreſtum, & quidem editionis Rotom. 1653. f. t. 4. tum Th. Bonetum *in ſepulchreto anatomico*, Genev. 1700. f. t. 3. poſt Schenchium *in obſerva-*

Digitized by Google

liſſime collegerunt *Foreſtus*, *Amatus*, *Hildanus*, *Tulpius*, *Valeriola*, *Benivenius*, *Donatus Marcellus*. Sed unus admirandæ lectionis vir *Schenchius* omnes ſuperavit. Portavit quidem ingenium in dorſo, ut dicitur, ſed multijuga lectione eſt incomparabilis. (*a*) At *Zacu-*

tionibus medicis rarioribus, Lugd. 1644. f. tum Pechlini obſervationes, Hamburg. 1691. 4. deinde Tulpii, L. B. 1716. 8. demum Plateri, Baſil. 1641. 8. adjicitque Ephemerides Eruditorum Germaniæ, & Zodiacum medico-Gallicum Nic. de Blegny. Conringius autem, obſervationes Foreſti inſignes eſſe maximeque ad praxim uſui, aſſerit: at ipſe poſt Hippocratem obſervationes Schenchianas collocat magna induſtria congeſtas, tum Ballonii ephemeridum & epidemiorum libros „ qui multa continent, quæ „ quo ad univerſalem morborum hiſtoriam ad „ Hippocratis gloriam proxime accedunt. „ Obſervationum opus quod Platerus compoſuit *eximium* prædicat „ ſed de cujus, *inquit*, fide „ interdum forte haud injuria dubites. „ Vid. cap. VII. th. XIII.

(*a*) Annotat Conringius l. c. th. XII. multa Zacutum exſcripſiſſe, plurima etiam effinxiſſe, malaque fide ſibi multa attribuiſſe. „ Interim „ tamen, *ait*, ſcripta ejus variæ lectionis, & „ doctrinæ plena, ut ex iis multa peti poſſint, „ quæ apud alios fruſtra quærantur. „ In Amati quoque obſervationibus, multa præclara ad artem facientia diſſeri, idem animadvertit: „ verum plura conficta quam facta illum ſcripſiſſe, & interdum opiniones ſuas iſto modo „ confirmare voluiſſe „ apparere cum Cratone, aliiſque exiſtimat, concluditque, judæum utrum-

Zacutus meritiſſimus multifaria doctrina : Hunc hactenus tacui, quem debuiſſem prælibaſſe. Sed quia hoc genus ſcribendi illum quaſi in Olympicis medicinę victorem ſpectabat, & huic videatur maxime ingenium adaptaſſe (quamvis nullam artis partem reliquerit intactam) medium Bibliothecæ locum impleat; tanto ordine, tam ſingulari diſpoſitione, ut priſcis medicinæ parentibus merito veniat æquiparandus: quorum doctrinam nemo melius exſugere, nemo excolere diligentius ſciverit unquam. Hoc unum illi debeo colendiſſimo præceptori, quod præ cunctis ſtudiorum laboribus ac vigiliis me ſolus effecerit medicum, non crebra tantummodo ejus operum le-
ctione

que non legendum niſi cum accurato judicio : Ceterum conſultu quoque dignas fateamur oportet obſervationes Riverii, Panaroli, VVelſchii, Salmuthi, Horſtii, VVepferi, Rhodii, VVieri, Cheſneau, Kerkringii, ab Heer, Lanciſii, Stahlii, Scurigii, Chiffletii, Pujati, Venet. 1737. 8. Moehringii, Amſtel. 1730. 8. Tacconi, Bonon. 1740. 4. & Roncalli, Brixiæ 1741. f. pariterque quæ in monumentis occurrunt Academiæ Regiæ Scientiarum, in tranſationibus phil. Anglicanis, in commercio litterario Norimb. in actis Hafnienſibus, Berolinenſibus, Uratislavienſibus, & Francofurtenſibus: quibus addi poſſunt per tranſennam legendæ epiſtolæ duæ meæ *de motu ſanguinis poſt mortem, & de cordis polypo in dubium revocato*, ſi quam eas lucem aliorum obſervationibus afferre poſſe exiſtimes.

Digitized by Google

ctione (quibus frui datum eſt, etiam antequam orbi naſcerentur) ſed viva voce, annua praxi, eruditiſſima conſuetudine. O utinam ex ea ſciviſſet inexperta juventus futuræ peritiæ ſibi parare gazophylacium, & ſtillantem in animum tanti magiſtri ſapientiam mature excoquere, apte digerere, & in propriam commutare ſubſtantiam. Simili igitur Bibliothecæ potius ſtudeant tyrones Medici, ut fiant exornati, nec ſegniter aut pigro greſſu ad praxim accedant, ne irreparabili pœnitentia brevi defleant deperditum pretioſum tempus; præſertim ſi nacti fuerint præceptorem perfectum ac eruditum. Moneo tamen ut illum quærant in magnis ac populoſis Urbibus, multiplici ægrotantium numero, ac quotidiano diverſorum affectuum eventu facilius firmentur in artis optata peritia. In hoc auguſtiſſimo Venetorum dominio vel ipſa princeps Civitas pro exercenda praxi expetenda eſt. Multitudo frenamque populi ac diverſarum gentium frequentia jugi experimento parabit diſciplinam, parabit magiſtros. Florent hoc tempore ad priſcorum invidiam *Michael Angelus Rota* triplicis Angeli omen in nomine gerens, non mirum ſi ſapientiſſimus, non mirum ſi feliciſſimus: *Joſephus de Aromatariis* eruditionis ac facundiæ ſuaviſſimos odores per Europam effundens: *Jo. Dominicus Mareſius*, qui rate doctrinæ, & eruditionis, Venetæ prudentiæ

vaſtiſ-

vaſtiſſimum mare velociori, quam excogitari poſſit fortuna, transfretavit. Felices diſcipuli, quibus tanti contigiſſent præceptores. Poſt Metropolim, poſt magiſtros famigeratiſſimos merito pro praxi exercenda ſuccedat Verona Inclyta. In qua populi ſatis ampla nec tamen confuſa multitudo, in qua nobilium minor majeſtas, qua tyronibus ad eos aditus facilior. In qua demum doctorum peritia, & affabilitas ſumma. Vigent adhuc reliquiæ ſæculi illius aurei, quod ferre ſolebat magnos illos *Montanos*, *Fracaſtorios*, *Guarinonios*, *Cagnatos*, *Puteos*, *Juliarios*, & mille. In uno digniſſimo Medicorum Archiatro *Alexandro Liſca* Patricio Veronenſi nobiliſſimo: *Franciſco Pona* Divi Marci æquite meritiſſimo, æquore omnium diſciplinarum immenſo, cui propter miras ingenii dotes nuper Cæſareo diplomate Magni Ferdinandi Auſtriaci potentiſſimi Romanorum Imperatoris, credita ſunt Auguſta facinora: & *Hieronymo Franzoſio* Comite inclyto, quem ipſoſmet medicinæ proceres, Hippocratem, Galenum, Avicennam, & alios, ſectis diverſis addictos, ſingulari energia in Peripatum trahere non ſemel vidimus. His fideliter committi poſſunt robuſtiores alumni, generoſiores fœtus quos in dies ſub erudito magni *Silvatici* Equitis incubatu enititur celebre Patavium, aut ſub Regiis *Fortunii Liceti*, *Ant. Molineti*, *Guidi Albaneſii*, *Franc. Bonar-*

di,

di, *Hieronymi Frigimelicæ*, *Petrus de Marchettis Equitis*, alitibus diſponit ad volatum.

Sed nimis videor a Muſeo abfuiſſe, dum exemplo duarum clariſſimarum Urbium, in reliquis Europæ optaverim tyronem excolere, certus quod nihil poſſint in forulis & muſeo Auctores inclyti, ſi exercitium, & accurata praxis defuerit. His igitur jactis fundamentis, me iterum in Bibliothecam recipio, ut ſcriptores illos enumerem, qui (*a*) *Conſilia*, *Epiſtolas*, & *Conſultationes* ſcripſerunt· Has quære ab uno *Solenandro*. *Montanum* ipſe Veronenſium decus, & ornamentum, comitatur,

imi-

(*a*) Rhodius *in introd. ad med.* Solenandri conſilia *remediis præſtantiſſima* eſſe pronunciat. Conringius cap. VII. th. X. Montani conſilia *præclariſſima* appellat: conſilia Montagnanæ *doctiſſima*, & Guarinonii „ in cauſſis morborum „ perveſtigandis fere ſine exemplo extare „ idem aſſerit. Rhodius l. c. *exquiſita* nominat Mercurialis conſilia: Fonſecæ *ad pompam*, *&* *aliena fide remedia pleraque*: Matthiæ de Gradibus *in diæteticis accurata*: B. Sylvatici *methodo executionis præſtare*: Claudini *morborum evolutionibus*, *&* *obſervationibus excellere*. Van der Linden l. c. antefert cunctis Fernelii conſilia „ quæ utinam, „ *inquit*, adverſus omnes morbos extarent. „ Neque ſilentio involvenda ſunt conſilia Ballonii, Schulzii, Rolfincii, Loſſii, a Fonte, Fiſcheri, Ettmulleri, C. J. Langii, F. Hoffmanni, Malpighii, del Papa, Rediique, quorum hic primus inter Italos medicinam vindicavit ab humoriſtarum cladibus.

Digitized by Google

imitatur : nec *Guarinonium* deſerat, *Augenium*, *Trincavellium*, *Fonſecam*, *Mercurialem*, *Fernelium*, & ſexcentos quos laborioſus & de re medica admodum benemeritus *Matthias Moronus* in ſuo (*a*) Directorio Medico-practico utiliſſime congeſſit.

De febre maligna doctiſſime *Minadous*, *Angelutius*, *&* *Fracaſtorius*. Sufficit Auctorem nominaſſe ad operis commendationem. Hic apud te, ſi ſapis, anteſignani locum obtineat, non ſolum quod in hac lue mire indaganda curandaque ſequacem habeat omnem poſteritatem, ſed quia ad illud horrendum mon-

E ſtrum

(*a*) Prodiit Francof. 1665. 4. a Scheffero auctum Moroni *directorium*, cujus lectionem cum VValtheri *ſylva medica*, Budiſſ. 1679. 4. „ vere, „ ut fert titulus, opulentiſſima „ conjungendam eſſe, ſuadet Schelhamm. loc. cit. cap. IV. th. XL. quo ſpectare etiam videri, inquit, *Herculem* Hoeferi *medicum*, Norib. 1675. 4. quamquam *is non tam de auctoribus, quam remediis compilandis ſollicitus* fuerit. Obſervationum phyſico-medicarum ex variis ſcriptoribus congeſtarum *reale lexicon* publici juris fecit M. Albertus Halæ Mag. 1727. 4. p. 1. pars vero altera ibid. 1731. 4. tertiam in præfatione 2. partis promiſſam jam ſub prælo eſſe intelligimus ex alia ejusdem præfatione præfixa *lexico phyſico-chymico-medico* G. Hen. Behrii, Argent. 1738. 4. qui Albertum ſecutus ex recentiſſimis, ſæculorumque ſuperiorum ſcriptoribus ſingularia quæque ad anatomen, chymicam, praximque ſpectantia medicam ſcitiſſime excerpſit.

Digitized by Google

ſtrum debellandum inter Italos primus ſe accinxerit. Nec per *Mercati* aureum opuſculum, aut elegantiſſimos *Torei* dialogiſmos unquam errabis. Hiſpanos iſtos, ut in hoc ſubjugando hoſte diligentius inſudarent, hoc unum certe excitare potuit, quod primi hominum ab iſta lue epidemica a priſcis ſæculis repullulante fuerint correpti. Non tamen deſtituaris doctiſſimo *Roboreto*, qui de Tridẽtina particulari nuper accuratiſſime ſcripſit: & ſi quem aphoriſtica delectet dicendi brevitas, nuper a nobis editum opuſculũ *de febre maligna puncticulari* (*a*) per tranſennã percurratur.
Sic

(*a*) Imo eidem immorandum, ſi cui hujuſce generis, Tyroni eſt: adeo præclarus liber eſt, & numeris omnibus abſolutus. Editus eſt Veronæ 1650. 16. Norimb. 1652. 12. Patav. 1653. 12. & Bergom. 1726. 12. Febrem malignam paroxiſſantem non ſine laude pertractat F. Moræus in opuſculo Francof. cuſo 1670. 12. & Tilingius *de febribus petechialibus* libellum conſcripſit admodum doctum, Francof. 1676. 8. Legatur præterea *petechialis febris* hiſtoria a cl. Valcarengo compoſita, in qua de hujus cauſſis & curatione egregie diſſerit additis quampluribus cautionibus & obſervationibus practicis, in præclaro opere *medicinæ rationalis*, ſect. 3. p. 159. Cremonæ 1737. 4. Itemque evolvatur cl. Moreali *novum ſyſtema malignarum*, *contagioſarumque febrium*, italicæ excuſum Mutinæ 1739. 4. ubi, niſi primus Auctor mercurium adverſus has febres uſurpaverit, primus certe de eodem adhibendo ex inſtituto ſcripſit, ejuſque uſum tum argumentis, tum obſervationibus practicis concinne illuſtravit.

Digitized by Google

Sic in (*a*) *lue venerea* radicitus extirpanda claruere Neapolitani. Conſule *Alphonſum Ferrum*, quamvis in *Mercato*, *Montano*, *Maſſa*, *Fallopio* vis deſiderare poſſis quicquam.

De affectu perquam ſimili, ſed Hollandis, & Friſiis potius endemio, & apud Indos ſub alio nomine ſatis familiari, (*b*) *Scorbuti* ſcilicet inge-

(*a*) Non ſolum quos Auctor nominat, ſed quotquot de lue ſcripſerunt venerea ad ſua uſque tempora Luiſinus contulit in celebrem illum librum *aphrodiſiacum* inſcriptum, vulgatumque Ven. 1556. f. t. 2. & recuſum curante Boerhaavio L. B. 1728. f. quo certe carere nequit eruditus medicus. Tyroni vero ſatis erit legiſſe præcl. Jo. Aſtruc librum *de morbis venereis*, Pariſ. 1736. & Ven. 1741. 4. in quo veterum recentiorumque ſententiæ ad examen revocantur, ineptiæ ac præjudicia tolluntur, recte dicta confirmantur, & vera curandi methodus eleganter exponitur.

(*b*) Eugalenus præ ceteris fuſe ac dilucide hunc morbum tractavit, licet S. Alberto, Echtio, Carletono, Bachſtrom, Dravvizio germanice, Mainvaring anglice, & F. Poupart gallice in *monument. academ. reg. ſcient.* ann. 1699. ſua laus nec exigua debeatur. Porro morbos capitis frequentiores enodare aggreſſus eſt Alſarius a Cruce; omnes autem Rolfincius, & Barthol. de Moor in *pathologia crebri* nunquam ſatis laudata. Apoplexiam Bayle abſolvit, & Cortnummius, ſive J. C. Michael: epilepſiam Gabucinus, Unzerus, S. R. Caſtrenſis, ſed hic admodum jeune. Catarrhorum hiſtoriam V. Schneider verſat; at prolixiſſime nimiumque iis tribuit. Dentium dolore tentatis Strobelberge

ingenioſiſſime ſcripſit *Reuſnerus*, nec ſunt contemnendi *Ronſæus*, *Sennertus*, & *Alexius a Breu* Luſitanus, qui Morbum de Loanda (quod in inſula hujus nominis valde graſſetur) Scorbutum intelligit, raris auxiliis docet debellare. Et quia in enarrandos unius particularis affectus ſcriptores incidimus, operæ pretium erit,

ſcire

rus conſuluit; tabe affectis Mortonus, & inſignis Bennetus; Verna autem pleuritide vexatis. De reſpirationibus Bartholettus, de aſthmate J. Floyer anglice; de morbis capitis & pectoris Bellinus; de morbo hypocondriaco Zacchias, Higmorus, deque eiſdem Robinſonus & Cheyne anglice, accurate ſcripſerunt. Nephritidem Unzerus enucleavit, & Beverovicius accuratius: podagram Gabucinus, Loſelius, Knoefelius, Gaborius, & P. de Sault gallice: articulorum morbos Campolongus, Spigelius, Muſgraave. De morbis convulſivis eleganter agit F. Hoffmannus; occultis Rudius; ſimulatis Sylvaticus; incurabilibus Seidelius, & Albinus; particularibus Salius; abſtruſioribus Jones; meſenterii abſtruſioribus Martinius. De morbis ætatum egregiam diſſertationem Schelhammerus edidit; adoleſcentum Heiſterus, & VVelſtedius; climatum J. J. VVepferus. Artificum, & principum morbos perdocte Ramazzinus excoluit; militum a Gehema; Theologorum H. E. VVedelius, Aſcheberg, Trefurtius. De lienoſis egregia typis mandavit Drelincurtius; de noctivagis J. Horſtius; de rachitide Gliſſonius, Majovvſ, atque Heiſterus; de hemorrhoidibus M. Albertus; hemorrhoidibus internis Stahlius; internis furentibus Gulichius, & de morborum recidivis Tilingius.

Digitized by Google

ſcire *luem moravicam* delineaſſe Sporiſchium; *hungaricam*, Jordanum, & Conradinum: *plicam polonicam*, Herc. Saxoniam: *Britannicum ſudorem*, Viſſenacum: *catarrhum ſuffocantem* (quem Galli la Coqueluche dicebant) Foreſtum: *vermem ſabaudicum*, (Gallis Trouſſe galant) Levinum Sanderium: *morbum vvaren*, VVeſtphalos, & Geldros invadentem, Henricum a Bra. *De morbo ſtrangulatorio*, Cletum, Signinum, & noviſſimum multorum eruditiſſimum Bartholinum *de puerorum Angina epidemica*, quam Hiſpani vocant Garrotillo.

Cæterum *de affectibus mucronatæ cartilaginis*, & *de nævis* curioſiſſime ſcripſit Septalius; *de meteoris microcoſmi* doctiſſimus Stephanus Caſtrenſis: (*a*) *de unguium inſpectione in morbis*

(*a*) Miror hic loci obitum Auctorem ſcriptorum ſemejoticæ præcipuorum, Proſperi ſcilicet Alpini *de præſagienda vita*, *&* *morte ægrotantium*; opus Tyronibus perneceſſarium recuſum L. B. 1710. 1733. & Ven. 1735. 4. Nicolai Taurelli *in medicæ prædictionis methodo*, Francof. 1581. 4. triumque Martinenghi librorum *de prævidendis morborum eventibus*, Ven. 1584. 4. itemque quarti Donatii libri *de judiciis*, Lugd. 1581. 8. quorum hic pleniſſimam ſignorum enumerationem a Galeno ſparſim traditam, maximeque ex Hippocrate, ceteriſque ſcriptoribus ſuppeditat, pluribuſque epidemiorum ægrotis luculenter comprobat; ille vero univerſam de criſibus, & decretoriis diebus doctrinam quam Galenus exhibet, brevi accurateque complectitur; eorumque, quæ ad univerſam præſagiendi ratio-

ſagaciſſime Camillus Baldus: *de lingua in morbis inſpicienda* utiliſſime Proto Caſulanus: *de dentibus & capillis* acutiſſime, & ſubtiliſſime Melchior Sebizius: *de ſtatica medicina* accuratiſſime Sanctorius; *de venis lacteis* feliciſſimo invento Gaſpar Aſellius; cui facile novos ductus chyliferos, nova receptacula addiderunt Pecquetus, Bartholinus, Hornius; libellis vere aureis, veriſſimis demonſtrationibus. Nec minori felicitate ſolertiſſimus microcoſmi explorator (*a*) Harveus *ſanguinis circulationem* ad-

nem attinet, uſum oſtendit in commentariis ad hiſtorias quaſdam libri primi, & tertii epidemiorum Hippocratis. His opere precium erit adjicere celebres diſſertationes, Stahlii quidem *de facie morborum indice*; F. Hoffmanni *de neceſſaria ſalivæ inſpectione*, Vateri *de præſag. vitæ, & mortis*; Schaperi *de ſignis immin. morb.* & tractatum anglice ſcriptum J. Harvei *præſagium medicum* or the prognoſtick ſigns of acute diſſenſes. Lond. 1706. 8.

(*a*) Eximii hujus viri tractatus tum *de motu cordis, & ſanguinis*, tum *de generatione animalium* in bibliotheca anatomica extant Mangeti, Genev. 1699. fol. t. 2. in qua pariter inventa continentur anatomica Aſelii, Pecqueti, Bartholinorum, Rudbechii, Nuchii, VVarthoni, VVilliſii, Vieuſenii, Ridelei, du Verne, Malpighii, Graafii, Peieri, Gliſſonii, aliorumque de re anatomica uſuque partium optime meritorum. Hac uti poſſunt qui impenſam timent, non tamen legentes ſine *adverſariis anatomicis* celeberrimi Morgagni; quibus vero anguſta do-

Digitized by Google

adinvenit: quam hodie major pars Septentrionis mordicus profitetur, fautores habet, inter innumeros Antonium Deuſingium, Slegelium, Conringium viros doctiſſimos & unum Kyperum, qui totam medicinam circulationis fundamento utiliſſime ſuperſtruxit. Fatale certe fuit Boream viros peperiſſe, qui macrocoſmum pariter, & qui microcoſmum circuirent peragrando. O audax Japetigenus! Pergo rara adhuc curioſa, & utilia extant opuſcula, quæ perfectionem Medico, ornatum bibliiothecæ, & gloriam ſuis auctoribus non mediocrem afferant; ſcitu digna, & diligenti lectura ac ſtudio. Liber Ulmi *de liene* ad continuas in anatome vigilias, & contemplationes ingenium excitat, non ſecus quam oculos ad indefeſſam perſcrutationem. Inter hunc, & Gaſpari Hoffmanni libros pariter *de liene*, *& de uſu cerebri* acerrime doctrina dimicatur.

Sed ex hujus collectaneis *de ichoribus* o quam ingens utilitatis, & gloriæ proventus arti Medicæ!

Liber *de flatibus* Joannis Fieni curioſus, & (*b*)

mi res non eſt, ii tractatus ab auctoribus ſuis emiſſos emant; ita quippe & exactiores figuras, & caſtigatiorem habebunt textum.

(*a*) Do ultro curioſum eſſe Fieni librum de Flatibus; at neceſſarium eſſe, haud facile aſſentior. Quin mihi quidem longe plus arridet περὶ φυσῶν liber, præſertim ſi cum Alemanni, aut Zuingeri legatur commentariis. Nam li-

neceſſarius; Thomæ Fieni filii (a) *de formatrice fœtus*, argumentorum energia inexpugnabilis; Jo. Rhodii demum erudititiſſimi *acia* tanquam

cet Auctor ad ingenii oſtentationem ſui nimium flatibus tribuat ad creandos morbos, erudite tamen, ut erat temporum conditio, aeris efficaciam oſtendit ἐν πᾶσι σώμασι τῶν ζώων. Præter hæc flatum ab aere rectius repetit μετὰ πάντων . . τῶν ἐσθιομένων καὶ πινομένων ingreſſo, quam Fienus fecerat ab halituoſo ſpiritu ex cibo & potu, humore pituitoſo aut melancholico ab imbecillo calore excitato; ideoque ejusdem curationem, quam calidis remediis peragit, haud tutam ſemper eſſe cum uſus comprobat, tum ratio, atque clariſs. virorum evincit auctoritas. Auctorem autem libri *de flatibus* græcum imitari viſi ſunt mechanicis anatomiciſque inventis adjuti Jo. Arbutthnoth in *tentamine* perquam docto *circa effectus aeris in corpore humano* anglice exarato, excuſoque Lond. 1733. 8. & Bernerus in exercitatione eleganti *de aeris efficacia in corpore humano*, Amſt. 1723. 8.

(a) Generationis negocium princeps poſt Philoſophum illuſtravit Harvæus in elaboratiſſimo opere *de generatione animalium*, Lond. 1651. 4. & L. B. 1737. 4. Inventis porro haud exiguis elucescit R. de Graaf tractatus *de virorum organis generationi inſervientibus*, L. B. 1668. 8. Laudandus etiam eſt Drelincurtii tractatus *de conceptu conceptus*, ceteraque ejusdem ad generationem pertinentia junctim vulgata Hagæ Com. 1727. 4. Qui vero breviori via generationis hiſtoriam aſſequi deſiderat, evolvat cel. Vallisnerii librum titulo: *iſtoria della generazione dell' uomo, e degli animali*, Venet. 1721. 4. & ibid.

Digitized by Google

quam hamo in noviſſimam lucem trahitur abſtruſa vetuſtas; Jo. Taliacotii (*a*) *chirurgia curtorum*, qua miro artificio mutilata membra ex aliis reſarcire queas. Diſce hinc in microcoſmi agricultura dari quoque ſuam inoculationem. Quid ſi admirandas hiſtorias vellem enarrare? Abſit ad nauſeam uſque Marcellus Donatus, & Schenchius.

Sed a paucis non abſtinebo, quæ ſeparatis opellulis prodierunt, ne careat illis bibliotheca. *Hiſtoriam fœtus petrificati* enarravit Joannes Albeſius: *cultrivori pruſiaci* cum admiranda curatione Daniel Beckerus: *morſum tarantulæ* raro ordine examinavit radicitus Epiphanius Ferdinandus.

(*a*) Scin-

1733. f. cum aliis oper. huic addendo, quæ cl. Paitonus Valliſnerio repoſuit in eruditis duobus libellis: *della generazione dell' uomo diſcorſi*: quorum duo priores prodierunt Ven. 1722. 4. tertius vero, & quartus 1726. 4.

(*a*) Hanc refellit Goelicke; præeunte Crucio lib. 2. c. 3. ſuæ *chirurgiæ*; *inter ſpeculationes theoreticas totum hoc inventum*, inquiens, hiſtor. chirurg. p. 117. *non minimum obtinere locum, novo interim documento, inter praxim cathedralem, & clinicam ſollicite ſemper diſtinguendum eſſe*: pluribus licet cl. viris hanc exiſtere artem teſtantibus aliena fide, nonnullis etiam teſtibus αὐτόπταις; nimirum Gourmeleno lib. 1. chirurg. Thom. Fieno *de præcip. art. chir. contr.* tr. XII. c. 1. p. 100. aliiſque.

Digitized by Google

(*a*) Scintillas ignis e corpore nobilis matronæ exilientes *Ezechiel a Caſtro*. Quid plura? omnem adimplent curioſitatem exempla iſta, & in naturæ cum homine ludentis admirationem ultro impellunt.

(*b*) *Peſtem* curare docuerunt multi, quiſque pro ſuæ tempeſtatis graſſante epidemica lue:

(*a*) Idem accidiſſe Theodorico Gothorum regis patri narrat Rodiginus *lect. antiq.* l. 15. c. 5. & Th. Bartholinus *de luc.* c. 9. Itemque de L. Martio Livius l. 5. decad. 3. inter concionandum flammas & capite fundente; & S. Tullii V. Maximus l. 1. c. 6. n. 1. dormientis, flammam circa caput emicuiſſe viſam, refert. Si plura cupis hujuſmodi adito eruditum opus Garmanni *de miraculis mortuorum*, lib. 11. tit. 1x. *de luc. cadaverum*. Lipſ. 1709. 4.

(*b*) Peſtilentium morborum & peſtis ſcriptores adducit Lindanus l. c. Salium, Saracenum Septalium, Pavium. In ſcriptorum optimorum cenſu collocandus quoque eſt Diemerbroechius in t. 2. oper. edit. Patav. 1688. 4. Sequitur laudandus Mead in tract. *de peſte*, Lond. 1723. 8. Boetticherus in peſtis ſævientis deſcriptione & explanatione, Hafn. 1713. 8. Chicoyneau in *relation de la peſte de Marſeille, & de ſa curation*, L. B. 1721. 12. Utiliter quoque bibliotheca inſtruetur epiſtolis Kanoldi *de peſte*, Budæi conſilio medico de eadem, Rivinique diſſertatione, neque minus Lanciſii trrctatu *de noxiis paludum effluviis*, ubi ſententia Langii, Mangeti, Hartſoekeri, Begue, Valliſnerii, aliorumque cauſſam peſtis in vermibus conſiſtere putantium ad examen revocatur.

Digitized by Google

lue: & apud practicos pleroſque extant utiliſſimi tractatus. Percurre *Mercatos*, *Santacrucios*, *Ficinos*, *Augenios*, *Maſſarias*, *Hollerios*, & mille ſed pedem ſiſte in vno *Quercetano* peſtis Alexicaco. Pro horrenda tamen ac monſtrifica iſta luæ quæ tanquam multiformis, & vertumnia proles adeo ſibi non conſtat, non eſt ſcriptorum præceptis ſolummodo inhærendum. Juvabit quidem non eo inficias, univerſalem calluiſſe methodum, & particularia remedia multiplici aliorum periculo comprobata legiſſe, coacervaſſe, ad uſum revocaſſe: ſed ſæpe numero quod in una epidemica conſtitutione præſentaneum erat auxilium, in alia fruſtraneum experimur, ne dicam noxium aut pernitioſum. Alvus ſuſtulit omnes qui in Thaſo per ſtatum peſtilentem perierunt; & purgationes omnibus ad unum noxiæ lib. 3. epidem. ſect. 3. Simili febre correptos contagioſa purgantibus ſanabat *Galenus*. Crurum ſcarificationes a peſtilentia Aſiam, tempore Juliani Imperatoris obſidente, multos liberarunt, ut auctor eſt *Oribaſius*. Simile auxilium fæda corruptione ac horrenda necroſi in Moravia delevit innumeros; modo copioſa ſanguinis extractio confert, modo nocet vel effuſa guttula: nunquam vel in eſſentia vel curatione ſibi conſtat ſphinx iſta palimbula ac verſipellis. Quapropter non ſufficit Medicus in libro doctus: factis, & ſolerti praxi opus eſt,
nec

nec adeo vili philautia timendum. Laudo ut ſibi caveat Medicus, qui inſtar multorum hominum eſt, nec ſe imprudenter cunctis committat periculis. Sed quod fuga ſaluti provideat plane indecorum ac impium exiſtimo. Fugarunt peſtes *Hippocrates*, *Galenus*, *Oribaſius*, & mille medicorum coryphæi, non illos fugavit infamis moriendi timor, aut ab opere deterruit, quo patriam ſervare poſſent. Auxiliis igitur conſtantia, ac judicio ſe ac cives ſuos fortiter tueatur medicus ut ſacra donatus quercu immortalem adipiſcatur gloriam. Hoc unum pro indubitato habeat Orbis Chriſtianus, in ſimilibus Dei flagellis vel graviſſimis, minimam partem hominum enecari acumine morbi, majorem omni auxilio deſtitutam, vel proprio ſanguine deſpretam crudeliter. Non tamen ſuadeo ignavam vel temerariam Turcarum fiduciam, qua pro fallaci religionis ſpe cunctis ſe familiariter commiſcent languentibus. Sed quod prudentes hortabantur Hiſpalenſes Medici in ultima peſtilenti conſtitutione, quæ nobilem Civitatem ad internecionem exurebat: decreverunt doctiſſimis monumentis eam ſingulorum mentibus inſinuare opinionem, nullum ſcilicet ineſſe morbo graſſanti contagium (ut *Oropeſa* doctiſſime in particulari tractatu) non quod ſic eſſe exiſtimarent, ſed ut politico ſimul ac pio, ut ita loquar, ſophiſmate, pluſquam ferina crudelitate

tate

tate, qua parentes in filiis, filii in parentibus, conjuges in ſe invicem deſerendis utebantur, exuerent civium animos. Simili conſtantia clarum cuncta pericula qui ſuperare pro religione, pro principe, pro patria non dubitaverit, apponam pro corollario meritiſſimum *Octavium Franchinum* Medicum Veronenſem, qui ſolus in hac inclyta Veronæ Civitate crudeli peſte ſemiconſumpta in noſocomiis, & publicis valetudinariis, ac poſtmodum in ipſa Metropoli ac principe Urbe conſtantiæ ac peritiæ præclarum dedit ſpecimen, ut per labores, per pericula, per mille ægrotantium obſervationes, melius quam per Auctorum præcepta profligare docuerit. Similes igitur vivos Auctores ſequatur medicus, potius quam copioſa, & oneroſa volumina faſtuoſis titulis inflata, edita forſan ab auctoribus, qui nunquam peſtem viderint, præceptis quæ nuſquam medendo didicerunt, hinc inde compilatis, credulum vulgus deludentes. Imbuatur tamen recta curandæ peſtilentiæ methodo, & varia alexipharmacorum ex omni medicina, vegetabili, minerali, ae animali collectorum notitia apprime inſtruatur: libris præſertim Galeni *de antidotis*, *& de theriaca* ad Piſonem vigilantiſſime ſæpe ſæpius perluſtratis.

(*a*) Ve-

Digitized by Google

(a) Venena tandem extinguere quoniam par ferme argumentum, & peſtes ſuo modo ſunt deleteria pharmaca, cum non ſemel per ipſa diffuſum ſit in mortales peſtilens contagium, ut ex *Nicco*, *Xiphilino*, *Livio*, *Cardano*, *&* *Jobolo* ſatis conſtat, docuit peritiſſime eques *Franciſcus Pona* Medicus Veronenſis celeberrimus, pro exquiſita qua pollet alexipharmacorum notitia. Sed quia breviſſime illa complexus

plexus

(a) Quemadmodum in tr. *de peſte*, ſic rurſum Mead emicuit in *mechanica expoſitione venenorum*, L. B. 1737. 8. inſigni experimentis ſcripto; cui opere precium erit addidiſſe ante memoratam exercitationem Linder *de venenis*, in qua ſolidorum potiſſimum damna, quæ venena pariunt mirum in modum illuſtrat. Perluſtranda porro ſunt, quæ paradoxolice *de virtute venenorum medica* clariſs. Friccius exaravit, Ulmæ 1693. 1701. 8. tum *cicutæ aquaticæ hiſtoria, & noxæ* Jo. Jac. VVepferi, Baſil. 1679. & 1717. 4. VVedelii *experimentum curioſum de colchico veneno*, Jenæ 1717. 4. quæque de morſu Tarantulæ typis mandavit Baglivius, Grube Francof. 1679. 8. ac Valetta Neap. 1706. 12. itemque *de viperis* Redius in libello: *oſſervazioni intorno alle vipere*, Florent. 1664. 4. atque in epiſtola *di riſpoſta*, ibid. 1670. 4. Denique de hydrophobia exarata a viris clariſs. Codronchio, Fiſchero, Liſter, Meibomio, Aſtruc, Meniotio, Hunaultio in libello: *Entretiens ſur la rage, & ſes remedes*, Chateaugont. 1719. 12. & P. de Sault in *diſſertation ſur la rage*, Pariſ. 1738. 12. lectionem omnino merentur.

Digitized by Google

pl̃exus eſt, moneo ut poſt Dioſcoridem utaris *Ardoyno*, *Grevinio*, *Aponenſe*, *Baccio*, & *Prevotio* experientiſſimo. In Botanica poſt (*a*) *Anazarbæum* naturæ genium conſule multos, *Da-*

(*a*) Eccidit clariſs. Auctoris Theophraſtus; cujus opera, etſi miſere corrupta mutilataque ad nos pervenerint „ plurima „ tamen Conringii ſententia cap. x. th. xxix. „ ſunt ſa- „ tis clare, & egregie dicta, ut haud difficul- „ ter diligentem lectorem inſtruere queant „ iiſque lucem afferre, quæ a Dioſcoride, Plinioque ſunt tradita in deſcribenda plantarum facie parciſſimis. Theophraſti hiſtoriæ editio celebris eſt Amſtelodamenſis græco-latina 1644. f. cum var. lect. Bodæi commentario, iconibus quamplurimis, Scaligerique & Conſtantini notis prædita. Huc referantur etiam Accoromboni *explicationes obſcuriorum locorum Theophraſti de plantis*, Rom. 1590. fol. Dioſcoridis autem editio præfertur inter latinas Francof. ex verſione Saraceni 1598. 12. optima vero & pleniſſima commendatur græco-latina ejusdem Saraceni ibidem facta 1598. fol. Evolvenda quoque ſunt ſcripta Galeni *de ſimpl. med. facult.* & Montani *de differentiis medicamentorum, & cauſis diverſarum facultatum*, ec. Baſil. 1558. 1565. 8. tom. 2. cum aliis opuſculis; quæque Serapion, Averrhoes, & Rhaſes de ſimplicibus medicinis protulerunt ſimul edita Argent. 1531. fol. non prætermiſſo *quadripartito botanico* Simonis Pauli Francof. ad Mœn. 1708. 4. cum additamentis edito, eo præcipue laude digno, quod ſimplicibus utendi modum a veteribus fere neglectum fideliter enarret: quibus ad dignoſcendas ſimplicium vires equum erit attexere Grube *commentarium de*

Dalechampium, *Dodonæum*, *Lacunam*, *Amatum*, elegantiſſimi ſermonis *Ruellium*, *Cluſium*, *Lobelium*, *Columnam*, & ſexcentos. Sed qui utiles ſimul dabit cum dulci plantarum cognitione uberrimos fructus, unus erit (*a*) *Matthiolus*, & hic ſit tibi inſtar multorum: quo-

modo ſimp. med. facultates cognoſcendi, Francof. 1669. 8. libros duos Grylli *de dulci*, *&* *amaro*, Pragæ 1566. 4. *theoriam ſaporum medicam* VVedelii, Jenæ 1703. 4. & cel. Tournefort *hiſtoire des plantes*, *qui naiſſent aux environs de Paris*, ec. a Paris 1725, 12. t. 2.

(*a*) Sequatur Dodoneum Tyro, Lobelium, Tabernamontanum, & potiſſimum Matthiolum ex editione C. Bauhini, qui illum auxit; illuſtravit, figuriſque trecentis & amplius exornavit, Francof. 1598. fol. Huic tamen non acquieſcat oportet eruditus medicus, ſed verſandus ei eſt M. Guilandini *Theon*, & quinque *de ſtirpibus* epiſtolæ, Patav. 1558. 4. ejuſdemque *papyrus*, Ven. 1572. 4. nec non epiſtolæ duæ *de ſtirpibus aliquot vetuſtis nominibus*; altera Guilandini, Geſneri altera, Baſil. 1557. 8. hujuſque libellus *de aconito* a VVolphio vulgatus, Tiguri 1577. 4. Neque omittendæ breves eleganteſque Paſinii annotationes, ac emendationes in verſionem Dioſcoridis, italice excuſæ Bergomi 1591. 4. Percurrendæ itidem ſunt Amati *enarrationes in Dioſcoridem*, Ven. 1557. 4. inque eaſdem *vindiciæ*, *&* *cenſura* Matthioli, ibid. 1558. 8. Ad plantas autem a veteribus deſcriptas diſquirendas, declarandaſque; quod utique plurimum intereſt noviſſe, cum perperam de viribus aſſignatis diſceptetur, ubi plan-

Digitized by Google

quoniam præcipuus ei finis plantarum facultates ac virtutes perſcrutari, nec in externa figuræ elegantia tantum ſiſtere: quamvis, & hoc non indecorum videbitur librum (*a*) *Hortus*

F *eſte-*

tarum ignoratur cognitio; neceſſaria omnino ſunt ſcripta Columnæ eruditiſſima ἔκφρασις inſcripta, Rom. 1616. 4. ejuſdemque φυτοβάσανος, Neap. 1592. 4. nec non *Plinianæ exercitationes* Salmaſii in J. Solini *polybiſtora*, Pariſ. 1629. f. t. 2. & *de bomonimis byles jatricæ*, Ultr. 1689. f. quibus haud incongruum erit adjicere Marantæ *methodum cognoſcendorum ſimplicium*, Ven. 1559. 4. Scitu quoque jucunda ſcripta ſunt Malpighii, Grevvii, Hales, Hookii, Leeuvvenoeckii, Vallemont, Digbæi, ad phyſicam plantarum ſcientiam ſpectantia.

(*a*) Baſ. Besleri *bortus Eyſtettenſis*, Eyſtetti, 1612. f. Poſt hunc commendari meretur hortus regius Bleſenſis, Pariſ. 1655. f. Amſtelodamenſis Commelini, Amſt. 1697. 1701. f. 2. vol. Elthamenſis Dillenii, Lond. 1732. fol. 2. vol. Piſanus Tilli, Florent. 1723. fol. Cliffortianus Linnæi, Amſt. 1737. fol. Botanicon Pariſienſe Vaillant, Amſt. 1727. fol. maximeque omnium hortus Indicus Malabaricus adornatus a van Reede, Caſeario, Syen, & Commelino, Amſt. 1678. ec. fol. volum. 12. opus ad ubilicum perductum, accurateque caſtigatum, & figuris vividiſſimis præditum. Jam vero ſatis hic laudari nequit cl. VVeinmannus qui perutili *phytantbozaiconographiæ indice*, cujus continuationem maxime exoptamus, Ratiſponæ 1735. f. non plantarum modo genera, characteres, deſcriptionem proponit atque uſum, ſed etiam plantas artificioſe æri inciſas vivis adeo coloribus exprimit atque illuſtrat, ut aptiorem Tyronibus botanicis librum jure nullum viderim.

Digitized by Google

eſtetenſis vere regium perluſtranti. Quod certe dignum eſt propter tabularum & iconum elegantiam nobile Besleri molimentum, ut in Principum pinacothecis inter gemmas, & aurum aſſervetur. Cæterum unicum opus in re herbaria (*a*) deſideratur: quod plantas omnes ha-

(*a*) Miror hic loci oblitum Auctorem *univerſalis plantarum hiſtoriæ* Jo. Bauhini Ebroduni editæ 1650. fol. t. 3. quod profecto opus eximium eſt uſuſque maximi, ut ut ſuperiora tantum tractet Bauhinus genera, ad inferiora ſpecierumque ſimilitudines haudquaquam progreſſus. Moriſonus ſimiliter, qui in C. Bauhini *pinace* hallucinationes detexerat, animadverſioneſque in *hiſtoriam* Jo. Bauhini ſcripſerat, Lond. 1669. 8. magno in honore habendus propter *univerſalem* ab ipſo conditam *plantarum hiſtoriam* figuris perquam elegantibus præditam, cujus primum tomum ipſe vulgavit Oxon. 1672. alterum ibid. 1680. tertius poſt auctoris obitum exiit 1715. f. Optimam ſolidamque methodum ſecundum fructificationis principia a Cæſalpino ſumpſerat, deque infimis generibus, & ſpeciebus accurate locutus, ſuperiora non determinavit, quod ejus ſectator præſtitit Hermannus in *catalogo horti academici Lugduno-Batavi*, L. B. 1687. 8. Rivinus ſequitur qui primus a floribus claſſes condidit, ordines a fructu, methodum vero a petalorum æqualitate, & numero. Emiſit Lipſ. 1690. f. plantarum ordinem; *quæ ſunt flore irregulari monopetalo*; deinde ibidem 1691. f. *quæ ſunt flore irregulari tetrapetalo*; tum 1699. fol. *quæ ſunt flore irregulari pentapetalo*. Quam porro ipſe præclaram methodum incho-

hactenus deſcriptas, & a præfatis, & cunctis aliis auctoribus cognitas in unum corpus congregaret. *Bauhinum* diligentiſſimum hanc ſuſcepiſſe provinciam, quin etiam ſuperaſſe, indicat immenſi laboris & notitiæ Pinax ille admirandus. Interim donec theatrum illud naturæ naſcitur, utere nomenclatore pinace, ut vix tibi ſubterfugiat vel minimum nomen, quantumvis obliteratum, aut obſoletum. Sed unus adhuc in hoc genere reſtat liber tibi præ

averat abſolvit Jo. Heucherus, expolivit H. B. Ruppius, generumque characteres addidit Ch. Gottlieb Ludvvigius. Abſolutiſſimam demum plantarum hiſtoriam exhibuerunt ſummi botanici Rajus Lond. 1704. f. t. 3. ſine plantarum iconibus, & Tournefortius non ſine eiſdem, & quidem vividis, in *inſtitutionibus rei herbariæ*, Pariſ. 1720. 4. t. 3. Licet autem utriuſque methodus ſit optima, fatendum tamen eſt, minus juvari memoriam Rajana methodo, quam Tournefortiana: in hac quippe ſatis eſt 14. florum figuras memoriæ tradere, ut inde ediſcantur 673. genera, plantarum ſpecies 8846. comprehendentia ad uſque editionis tempus cognitarum. Hanc igitur ſecuti ſunt plurimi inter quos cl. Michelius præcellit diſpoſitis ad hanc methodum novis plantarum generibus, Florent. 1729. fol. Attamen ſui non deſunt nævi huic methodo, quos poſt Rajum detexit Juſſieu, Vaillant in *monum. academ. reg. ſcient.* Pariſ. 1722. inque ejuſdem *diſcours ſur la ſtructure des fleurs*, L. B. 1718. 4. & cel. Pontedera in *anthologia* Patavii edita 1720. 4. quo te conferas oportet.

Digitized by Google

cunctis amplectendus ac ſæpe evolvendus. Perluſtratio nimirum impigra, & oculata hortorum Patavini, Leydenſis, Pariſienſis, Monſpelienſis, Piſani, & ſimilium, & ſine fuco Montis Baldi ditionis Veronenſis, qui miro naturæ beneficio Idam famoſum vel æmulatur, vel ſuperat. Hæc eſt quarta medicinæ pars, quæ non poteſt per ſolos libros perfici: diligenti indiget exercitatione, non minori quam anatome, quam pulſuum cognitio, quam peſtis medela.

(*a*) *Ruſticæ rei* Auctores non minus poterunt eruditi Medici Bibliothecam nobilitare; Mirum, poſſe ruſticos quemquam nobilem efficere. Quidni, ſi Conſtantinum Cæſarem, cui *libri de agricultura* vere adſcribuntur, numerent inter agriculas? Circumferri ſolent hæc ſcripta ſub nomine *Caſſii Dionyſii*, ſed eruditorum judicio jam redduntur Cæſari quæ Cæ-

(*a*) Γεωπονικά juſſu quidem & auſpiciis Conſtantini Porphirogeniti collecta fuiſſe; at collectionis auctorem, ut chriſtianum fatetur, ſic incertum adhuc eſſe Fabricius putat in bibl. græc. lib. v. c. v. p. 501. Græca una extat editio Braſſicani ſtudio, Baſil. 1538. 8. latina vertente Cornario, ibid. 1538. 8. atque alibi: græco-latina Needami opera, Cantabr. 1704. 8. Juſſu hujus Conſtantini facta fuit collectio ſcriptorum *rei veterinariæ*, eruditi medici bibliotheca digna, quæ e græco latine verſa vulgata fuit Pariſ. 1530. f. Ruellio interprete; græce Baſil. 1537. 4.

Digitized by Google

Cæſaris ſunt. Plura continent medica tum propria, tum ex vetuſtiſſimis auctoribus excerpta Didymo, Sotione, Paxamo, Damogeronte, Apulejo, & aliis. Nec Romanis agricolis defuit ſua nobilitas, ſi (*a*) *Catones*, *Varrones* perſcruteris gentilitio ſtemmate, & agrorum peritia æquales. Horum operibus ſociantur *Columellæ*, & *Palladii* peritiſſimorum monumenta, ex quibus deſumpſere neoterici artis fundamentum. Sic *Liebautius* ſermone Gallico ſuam feliciter ædificavit *Domum Ruſticam*. Hanc ſi legeris latinam, nihil erit in geoponicis quod deſideres. Tandem hoc unum utilitatis præſtare tibi poterit Ruſtico-

(*a*) Scriptorum veterum rei ruſticæ latinorum editio elegans, cui acceſſit Vegetius *de mulo-medicina*, & Gargilii Martialis fragmentum cum notis variorum, præſto nobis eſt opera cl. viri J. M. Geſneri, Lipſ. 1735. 4. t. 2. Alterum ab his locum ſibi vindicant Angeli Politiani *ruſticus* una editus cum *hortorum* libris IV. R. Rapini, L. B. 1668. 12. 1672. 8. *horticultura* Laurembergii, ejuſdemque *apparatus plantarum*, Francof. 1632. 4. Ferrarii *Floræ cultura*, Rom. 1633. 4. atque *Heſperides*, ibid. 1646. fol. Jo. Chriſt. VVolckameri *Heſperides Norimbergenſes*, ec. Norimb. 1713. f. Pleniſſimam porro geoponicorum cognitionem offerunt C. Stephanus gallice Pariſ. editus 1564. 4. italice verſus Ven. 1591. 4. Petrus Creſcentius in celebri rariſſimoque tract. *dell' agricoltura*, Florent. 1605. 4. & M. Liger in *nouvelle maiſon ruſtique* recuſa Pariſ. 1740. 4. t. 2.

Digitized by Google

rum auctorum lectio, quod Botanicæ amorem ac ſtudium ampliſſime adaugebit.

Ex utraque India (*a*) *res exoticas* mira diligentia nobis aſportarunt *Garcias ab Horto*, *Monardes*, *a Coſta*, & *Huerta* novus Plinius novi Orbis in notis ad Novocomenſem Plinium: & tandem multi ſparſim multa quæ in Rhamuſii libris *de navigatione*, & in Peruanis Garcilaſſi *Ingæ Regiis commentariis* avidiorem implere poſſunt curioſitatem. Sed quæ ſimul curioſi-

(*a*) Garciæ ab Orta, Ch. a Coſta, & N. Monardi exotica cum Bellonii obſervationum libris III. & neglecta ejuſdem plantarum cultura, legere eſt in editione Cluſii Lugd. Batav. 1605. f. Plurimum auget hiſtoriam naturalem & medicam Tournefortii *relation d' un voyage du Levant*, ec. Pariſ. 1717. 4. t. 2. Breynii *exoticarum*, *&* *minus cognit. plantarum cent.* cum addit. *obſ. Jappon.* ten Rhyne, Gedan. 1678. f. Kircheri *China monumentis illuſtrata*, Amſt. 1667. f. Redi *eſperienze intorno a diverſe coſe naturali*, Florent. 1671. 4. & Ven. 1712. 8. cum op. omn. duæque de *rarioribus Indiæ utriuſque exoticis* epiſtolæ D. M. Schendii in append. tom. 1. act. phyſico-med. N. C. p. 111. Plura ſimiliter occurrunt hujuſmodi in *recueuil des voyages*, *qui ont ſervi à l' etabliſſement*, *&* *aux progrez de la compagnie des Indes orientales*, Roven. 1725. 12. vol. 16. in *voyage de Siam du Pere Tachard*, Amſt. 1689. 8. in *relations de divers voyages curieux par Thevenot*, Pariſ. 1696. f. 3. vol. inque demum Salmonii opere, cujus tomus 10. Venet. exiit italice titulo: *lo ſtato preſente di tutti i Paeſi*, *e Popoli del mondo*, ec.

Digitized by Google

rioſitatem. Sed quæ ſimul curioſos rara varietate paſcant, & medicinæ ſtudioſos utili notitia erudiant, monumenta ſunt doctiſſimorum virorum *Caroli Cluſii*, & *Proſperi Alpini*. Ille qui res tum orientis, tum morientis Solis ab aliis advectas in juſta volumina concluſerit, hic medicinam, & plantas Ægyptiorum ſingulari excoluerit amœnitate, quem imitati ſunt *Bonzius* Indorum, *Guill. Piſo*, & *Georg. Marcgravius* Braſilienſium medicinam, & naturalium hiſtoriam Europæos accuratiſſime docentes. Hos lege, ut (*a*) alii ſimul tibi innoteſcant.

De animalibus poſt (*b*) *Philoſophum*, & *A-*

 vicen-

(*a*) De medicina Sinenſium optime ſcripſiſſe ten Rhyne Batavum affirmat Boerhaavius l. c. Cleyerus pariter in *ſpecimine medicinæ Sinicæ*, Francof. 1682. 4. hujus regionis morbos accurate pertractat, ſimulque naturalem hiſtoriam & medicam colit. Perſiæ autem morbos diligenter Kempferus expoſuit in *faſciculis quinque* multa eruditione refertis *amœnitatum exoticarum*, Lemgov. 1712. 4.

(*a*) Philoſophicam animalium doctrinam fuſius neminem perſecutum fuiſſe Ariſtotele teſtatur Conringius cap. IX. th. VII. deque animalium in medicina uſu multa apud Plinium legi, pauciora quidem apud Dioſcoridem & Galenum ſed veriora. „ Habetur etiam, *idem* „ *inquit*, opus de animalibus Sexti Platonici, „ quod tamen ſuperſtitioſum & ſuppoſititium „ eſt.

Digitized by Google

vicennam, *Albertus Magnus* magna ſolertia; ſed expreſſe Animalium in medicina uſum (taceo quæ *Rondeletius*, *Geſnerus*, & *Aldrovandus* congeſſerunr) *Dioſcorides* enarravit lib. 2. *Rhaſis* lib. *de ſexaginta animalium virtutibus*, & *Sextus Philoſophus Platonicus*, quem curioſe ſatis explanavit *Gabriel Humelbergius*, & nuperrime *David Rulandus*, & *Joannes Schroderus*, hic univerſali, ille particulari, & ſpecifica ſtructa pharmacopœa.

De gemmis, & *lapidibus* poſt (*a*) *Evacem* antiquiſſimum (*b*) nemo accuratius *Anſelmo* Boe-

(*a*) Hujus auctoris ſcriptum neque vidiſſe ſe, neque qui vidiſſet audiviſſe, Cornarius aſſerit in annotationibus ad librum *de natura lapidum*; incerti potius auctoris, quam Merboldi, aut Marbodei, ut alii appellare malunt; Francof. 1540. 8. quin verba Plinii lib. 25. c. 2. quod Evax rex Arabum de ſimplicium effectibus ad Neronem ſcripſerit, in totum non habere, idem inquit, vetuſtum ejuſdem manuſcriptum exemplar. Libellus porro extat Pſelli Platonici judicio Mauſſaci in præfat. ad eundem *excellentiſſimus*, & inter præcipuos ejus labores merito collocandus, in quo breviter & perſpicue tributas a veteribus vires gemmis invenies, Toloſ. 1615. 8. græce & latine cum verſione & caſtigat. Mauſſaci.

(*b*) „ Multo prudentius ceteris „ inquit Schelhamm. l. c. cap. IX. th. IV. „ in hoc opere ſe videtur geſſiſſe Anſelmus Boetius, „ neque tamen & is ſatis ſibi cavet, aut ab „ hyperbolicis encomiis gemmarum temperat :

Boetio; quamvis *Baccius*, *Camillus Leonardus*; & *Scudalupis*, multa ex ſyderum influxu curioſiſſima conſarcinaverint.

De mineralibus etſi materia ſit in chymicorum manibus, & operibus adeo frequens, cunctis palmam præripuit (*a*) *Georgius Agricola*, quam-

„ ſecutus nempe præcedentium doctorum gregem, quibus fidem habebat, ipſe rerum iſtarum minime peritus. „ *Gemmarum*, *&* *lapid. hiſtoria* A. de Boot edita eſt L. B. 1636. 1647. 8. Cognitu digna ſunt quæ Geſnerus commentatus eſt *de rerum foſſil. lapid. & gemmar. figuris*, Tiguri 1565. 8. tum ὀρυκτογραφία Bajeri *Norica*, Norib. 1708. 4. cum ſupplementis ad eandem extantibus in tom. 2. actor. N. C. appendicis pag. 106. tum *ſpecimen lithographiæ Helveticæ* cel. Scheuchzeri, Tigur. 1701. 8. *lithologia curioſa* J. Th. Klein, ec. Gedan. 1740. 4. Langiique *hiſtoria lapidum figuratorum Helvetiæ*, Lucern. 1708. 4. hi quippe viri doctiſſimi omiſſa a Geſnero, Encelio, Cordo, aliiſque ſupplent, & nova inſuper addunt inventa lectu digniſſima. Sic Bauſchius in ſcripto *de hæmatite*, *& ætite*, Lipſ. 1665. 8. deque *cæruleo*, *& cryſocolla*, Jenæ 1668. 8. ſic *de lapide nephritico* C. Bauhinus, Hartmannus *de ſuccino Pruſſico*, Francof. 1677. 8. Boyleuſque *de gemmis* magnam apud poſteros gratiam inierunt, licet hic *in tanta brevitate*, teſtante Schelhamm. l. c. *ad ſpecialia raro potuerit ſe demittere*. Editioni Boyle *de gemmis*, Londin. 1670. 12. annexa eſt Ganſii *coralliorum hiſtoria*.

(*a*) Hujus de *de re metallica* libri XII. lucem aſpexerunt Baſil. 1561. 1657. f. ad cujus ſcriptoris gloriam proxime accedit L. Erkerus in

quamvis *Fallopius* non ſit contemnendus libro *de foſſilibus* eruditiſſimo, in quo *de balneis*, & aquis

aula ſubterranea; Francof. cuſa 1694. 4. Sunt etiam qui hunc præferunt Agricolæ propter argumentorum ſoliditatem. Eſt & Caneparii liber *de atramentis*, multa eruditione inſignis, vulgatus Lond. 1660. 4. De *pyrite* minerali præcipuo; quo de a Caneparió, atque Agricola non ſunt tradita, niſi confuſa quædam & incerta; legenda maxime eſt præcl. Henckelii *pyritologia*, Lipſ. 1725. 8. ubi rem univerſam metallicam haud parum illuſtrat vir regni mineralis & artis chemicæ peritiſſimus. Nec legi minus meretur conſcripta germanice a G. A. VVolckmanno Sileſia ſubterranea, Lipſ. 1720. 4. nec non cel. Jo. VVodvvard *Foſſilia omnium generum in methodum digeſta*, ec. Lond. 1728. 8. ejuſdemque *tentamen hiſtoriæ naturalis foſſilium*, Lond. 1729. 8. anglice. Huc item faciunt cl. virorum muſea, uti Besleri *gazophilacium rerum naturalium*, Norib. 1642. aut ejuſdem *rariora* a Lochnero collecta, Argent. 1716. f. *muſeum VVormianum*, Amſt. 1655. f. Jacobæi *regium*, Hafn. 1698. f. *muſeum muſeorum* Valentini germanice Francof. 1704. ec. fol. t. 3. & A. Seba *locupletiſſimus rerum naturalium theſaurus*, Amſt. 1734. 1735. f. t. 2. omniumque maxime Mich. Mercati *Metallotheca*, Rom. 1717. f. cum *appendice* ad eandem, ibid. 1719. fol. admirandum profecto opus, cujus utilitatem inſuper augent Lanciſii annotationes, & Aſſalti nova poſt Mercatum inventa afferentium. Tyronibus autem legenda ſuaſerim eruditiſs. Crameri *elementa artis docimaſticæ*, L. B. 1739. 8. t. 2. aut S. Geoffroy *de materia medica librum* in tres partes di-

Digitized by Google

aquis (*a*) Thermalibus doctiſſime diſſeruit, *balnea* quædam Italica præcipue examinans, ut Solenander Germanica.

(*a*)

viſum, quo nihil accuratius, poteſt exoptari, Pariſ. 1741. 8. t. 3. Utinam vir hic ſolertiſſimus ad exitum perduxiſſet indigena vegetabilia, atque ex animalibus petita remedia quemadmodum conſtituerat, aggredi potuiſſet. Si cui hi hi deerint duo *mineralogiam* Ettmulleri adeat, aut N. Lemery *dictionarium ſimplicium*, aut Dale *pharmacologiam*, cum ejuſdem ſupplemento, Lond. 1705. 12. edito.

(*a*) Ad ea quæ de balneis & aquis erudite Fallopius diſſerit, accedant *de balneis omnia, quæ extant apud græcos, latinos, & arabas*, Ven. excuſa 1553. f. Tyronibus fere ſatis eſt perlegiſſe præſtantiſſimum Baccii *de Thermis* opus recuſum Patavii 1711. f. cui editioni liber acceſſit octavus *de nova methodo thermarum explorandarum, mineraque & viribus multorum fontium, quos Baccius complexus non eſt*. Et quamvis plures de thermis viri ſint optime meriti; inter quos eluceſcit R. Boyle in *apparatu ad nat. & experim. aquar. mineral. hiſtoriam*, Lond. 1685. 8. Ramazzinus in *tract. phyſico-hydroſtatico de font. Mutinenſium ſcaturigine*, Mutin. 1691. 4. Liſterus in *exercitationibus duabus de fontibus medicatis Angliæ*, altera quidem edita Eboraci, 1682. 8. altera Lond. 1684. 8. & Gratianus noſter *in thermarum Patavinarum examine*, Patav. 1701. 8. in ea tamen potioribus nervis incumbat Tyro neceſſe eſt, quæ H. ab Heers *in fonte Spadano*, L. B. 1685. 12. G. Bergerus in *commentatione de thermis Carolinis*, VVittemb. 1709. 4. & F. Hoffmannus in *opuſculis phyſico-medicis*, Ven. 1738. 4. doctiſſime expoſuerunt.

Digitized by Google

(*a*) *In re cibaria* poſt *Antiochenum Sethi*, auctorem non mediocris famæ, *Alexander Petronius*, *Joannes Bruyerinus*. Et ſæviorem famem aut aridiorem ſitim quovis *Apicio*, quovis *Platina* ſi non ſuavius, ſaltem utilius extinguere poterunt. Nec *Durantus Caſtor* eſt contemnendus, vir in ſimplici medicina verſatiſſimus. Sed illi ſint tibi Polluces, ut immortale ſit Bibliothecæ tuæ decus. Ab horum præceptis ſaluberrimis ne abeas jejunus, quæ avide legiſſet ipſe Galenus, ſi pro ſorte naſcendi illum præiviſſent, non ſecus quam *Athe-*

(*a*) Σωύταγμα *de cibariorum facultate* S. Sethi, & Noni libellus *de alimentis* parvi momenti eſſe, auctor eſt Conringius l. c. cap. XIII. th. VII. Editio græco-latina nitidior & melior cenſetur Bogdaniana, Pariſ. 1658. 8. Conſulendus inſuper Apicius *Cœlius de obſoniis*, *&* *condimentis*, *ſive arte coquinaria* cum annotat. Mart. Liſter, Amſt. 1709. 8. In libris tribus *de diæta*, in lib. *de Salubri victus ratione*, *de aer. loc. & aqu.* plura ad victum ſpectantia, eaque utilia continentur, ſi cum judicio eligantur. Adjungendi his ſunt perelegantes Bruyerini *de re cibaria* libri XXII. Lugd. 1560. 8. & Mel. Sebizii lib. V. *de alimentorum facultatibus*, Argent. 1651. 8. Inter recentiores deligendi jure ſunt Ramazzinus, Lanciſius, Gherlius, Lemery junior in *traité des aliments*, Pariſ. 1702. 1715. 12. & Arbuthnoth in peregregio *tentamine circa indolem alimentorum*, *eorumque ſelectum ſecundum diverſas corporum conſtitutiones*, ec. Lond. 1732. 8. anglice cum addit.

Digitized by Google

Athenæi, & *Plutarchi* eruditiſſima convivia; quæ tantopere ab eo commendantur; quapropter neque ab ejus lauto-eruditis prandiis abhorreat perfectus Medicus.

Pharmaceuticis auctoribus noli carere. Memento *Galenum* in his mira ſcripſiſſe, compoſuiſſe. Præpoſito igitur (*a*) *Meſue*, qui in hac artis parte vera jecit fundamenta, familiares habeat Bibliotheca (*b*) *Renodæum*, *VVecherum*, *Quercetanum*, *Schroderum*, & *Auguſtanorum Antidotarium* cum Notis (*c*) *Zvvelferi*.

(*a*) Tres fuiſſe hoc nomine videntur Conringio c. III. th. xxiv. alteri *practica* adſcribitur, alteri *de purgant. med.* liber, tertio vero *antidotarium*. Poſtrema hæc duo ſcripta præclara admodum ſunt, atque ad veterum medicorum intelligentiam neceſſaria.

(*b*) Hujus diſpenſatorium *operoſum potius, quam doctum*, idem aſſerit cap. xi. th. xii. *inſignem*que pharmacopeam Quercetani appellat, quamquam genium chemicorum habeat. Schrodero porro in ſua pharmacia medico-chemica, Francof. 1685. 4. „ nemo „ teſte Boerhaavio „ clarius candidius exactius, quomodo chemia „ ex qualibet re educat medicamenta, ſimul„ que intentionem medicam & pharmaceuti„ cam ſcripſit. „

(*c*) Cum hujus notis conjungenda ſunt, quæ in pharmacopœa Auguſtana reſtituta Scroeckius Zvvelfero repoſuit. D. Ludovicus *in pharmacia moderno ſæculo applicanda*, Gothoſax. 1685. 8. judicio Schelhammeri, cap xi. th. vi. ** quamvis *nonnihil obſcurior*; *nihil* tamen *in eo*

ſeri. Horum electiſſimis operibus quod addere poſſis certe neſcias. Adeo optimis præceptis, & omnigenis medicamentis ſunt inſtructa. In diverſis tamen regionibus quin etiam, & Urbibus ſua ſunt propria, & uſualia medicamina: quorum deſcriptiones non inveniuntur in aliis Antidotariis. Quare non erit abs re illa ſeligere. Romano namque multa curioſa habentur, quæ in aliis deſiderantur. Sic in *Valentino* ſua propria regionis pharmaca: ſic in *Bauderonio*, quo major pars Galliæ nunc utitur. Sic in *Florentina Pharmacopœa*, *Neapolitana*, *Bergomenſe*, *Hiſpalenſe*, *Amſtelodamenſe*,

falſi, *nihil fucati*, *ſed ſincera*, *& quouſque exiti humana experientia potuit*, *vera omnia*. Neque ſua laude fraudandum eſt Mellichii *diſpenſatorium* cum animadverſionibus Stecchini; *diſpenſatorium Romanum*, vaſtum opus pharmaceuticum D. Horſtii, & *bibliotheca pharmaceutica* Mangeti. Verum Tyrones acquiſita ſimplicium officinalium notitia ex Zornii *botanologia* abſoluto omnibus numeris opere, aut Dale *pharmacologia*, aut S. Geoffroy *de materia medica libro modo laudato*, aut Tournefortii *traité de la matiere medical*, aut Lemery *dictionario ſimplicium*; lectioneque præmiſſa J. Sylvii libelli *de medicamentorum ſimplicium delectu*, *præparationibus*, *miſtionis modo*, Pariſ. 1542. 8. *deque medicamentorum facultatibus cognoſcendis*, *& applicandis* VV. VVedelii, Jenæ 1696. 4. ejuſdem *pharmaciam in artis formam redactam* evolvant, ibid. 1677. 4. Lemeryque pharmacopeam univerſalem, italice redditam Venetiis typis, 1720. f.

Digitized by Google

menſe, & aliis : ſed *Veneta Stechini* diligentiſſima multorum undiquaque remediorum congerie præ cæteris commendatur.

(*a*) *Chirurgica* officina multos admittat: ſed per-

(*a*) Provectionibus medicis propoſuerim equidem magni Hippocratis *chirurgiam græce reſtitutam*, *latinitate donatam*, & *comment. illuſtratam* a Mainaldo, Pariſ. 1616. 8. opus omnium Coi operum longe præſtantiſſimum ; ac deinde Galeni ad eadem commentaria, Celſique, atque Æginetæ ſcripta chirurgica, quibus addiderim collectionem auctorum *de re chirurgica*, Tiguri 1555. fol. Tyronibus autem ſint præ manibus ſcripta chirurgica H. Fabricii poſtremæ editionis ; nec non Fallopii ſolertiſſimi, Hildanique „ quo in excogitandis inſtrumentis chirurgicis „ inquit Conringius c. XII. th. IV. „ dijudicandiſ„ que medicamentis illi rei aptis, nullus peri„ tior fuit aut felicior. „ Conſulendus quoque Paræus „ cujus grande opus „ teſtante eodem loc. cit. „ dignum eſt ut ab omnibus cognoſca„ tur. „ Itemque Podalirius ſui temporis, & Macaon dictus Severinus experientiſſimus. Tum Sculteti armamentarium chirurgicum „ propter „ tabulas quas habet juventuti utiles. „ Deinde Magatus *de rara vulnerum medicatione* egregie promeritus. Poſt Barbette *chirurgica opera* „ in quibus multa ad medicamenta præſer„ tim ſpectantia lectu digna reperiuntur. „ Demum celeber. Heiſteri *inſtitutiones chirurgicæ*; Munnigks, & Muys *chirurgia*. Perluſtrandæ etiam haud ſemel *operationes* Dionis, Nuchii, Solingen, a Mekern, Gaucks, de la Charriere atque Croiſſant de Garengeot. Accurate quoque ſcripſiſſe ſciant *de morbis oculorum* Maitre

perfecti Medici Bibliotheca ornetur *Guidone*, *Argelata*, *Vigone*, *Paræo*, *Tagaultio*, *Chalmeteo*: & Hiſpanis, *Fragoſio*, *Daza*, & *Alcazare* doctiſſimis. Peritiſſimi certe ſunt iſti. Sed ſuperſunt in admiratione hominum duo Italiæ lumina, ad quorum manus obſtupuiſſet veneranda vetuſtas cum ſuo Chirone, cum ſuis Machaonibus, ac Podaliriis. Horum primus eſt magnus ille ab *Aquapendente*, quem invida parca Italiæ rapuit ante diem, ut par ſolertia, ut operandi felicitas in *Marchetto* reviviſceret digniſſimo Divi Marci Equite, & profeſſore meritiſſimo. Lib. F. ab Aquapendente legat ac perlegat tyro. At ipſum *Marchettum* in Chirurgica praxi dum poſſit non deſerat: cujus filius eſt magnæ ſpei juvenis, ingenii admirandi, & microcoſmicæ geographiæ explorator diligentiſſimus. Secundus qui ſecundo vento, & expanſis inter invidiæ ſcopulos fortunæ velis *M. Aurelius Severinus* æquor procelloſum chirurgiæ ſecurus transfretat, ditiſſimas in univerſum orbem tranſvehendo eruditionis merces, quas in nundinis litteratorum non ſolum per libros efficacis doctrinæ plenos, ſed

per

Jean; *de morbis oſſium* Petit, ac Palfin; *de ſectione calculi* Toletum; *de dentium chirurgia* Faucard: atque ſingularia & notatu digna occurrere in ſcriptis chirurgicis dexterrimorum virorum Ruyſchii, Bidloi, Verduc, le Clerc, Bonhii, & vander VViel.

per efficaciſſimam comitatem & magneticam morum ſuavitatem mire diſtribuit. Ejus libri de *efficaci medicina*, *de recondita abſceſſuum natura*, *de Vipera Pythia* & alii, reconditis ac fauſtis medicinæ oraculis, eruditam implebunt bibliothecam.

De morbis cutaneis egerunt poſt Principes medicinæ practici celebriores, ſolis Chirurgis adeo difficilem provinciam non audentes committere, quia non in ſola exteriori cute ſubſiſtendum eſt: altius ſolerti indagine quærenda radix, quantumvis externa turpitudo præſentaneam manum tantummodo videatur expetere. Diſce hinc quam arcta conjungantur affinitate Phyſica, & Chirurgia, quam exquiſite ac integre calleat Medicus, ni velit a perfectione Hippocratica penitus aberrare. Quare doctiſſimus *Thomas Minadous* ſalebroſum hoc iter morborum cutis expreſſe ſuſcipere voluit, libro *de Turpitudinibus humanum corpus infeſtantibus* elegantiſſime exarato. Nec ſimilem curam neglexit eruditiſſimus *Mercurialis*. Præterea magis, ad praxin quod attinet, *Jo. Liebautius* accurate complexus eſt, quo magis inquinatis arrideret, multis ac præſtantiſſimis appoſitis remediis. Decoram tamen ac elegantem potius ambire videtur Coſmeticam, quam non prorſus alienam a Medico judicavit *Plato* in Gorgia, dicens: *Coſmeticam medicinæ partem, quæ veram pulchritudinem tuetur, eſſe par-*

Digitized by Google

tem Gymnaſticæ artis. Nec illam neglexerunt veteres Medici *Galenus*, *Rhazis*, *Avicenna*. Hanc igitur diligentiſſime tractavit *Mercurialis*. Sed curioſiſſime patrio idiomate *Jo. Marinellus*. Quos auctores ad Bibliothecæ veram augendam pulchritudinem acccrſe; iis penitus eliminatis, qui (*a*) meretricios aut comptorios fucos parare doceant Chriſtiano Medico omnino indignos.

A Coſmetica viventis corporis derivari non abſurde poteſt cadaveris ſuo modo decoratoria, quam (*b*) Balſamationem appellant. Maxime

(*a*) „ Non me latet „ inquit Lindanus l. c. „ cometicam ab Mercuriali effœminatam hanc „ partem appellari : coſmeticam vero, quæ fœditatibus corporis abolendis ſtudet. Ita veteribus preſſiori ſignificatu ſolius comæ comtrix „ habita fuit. Sed nolim mihi ſuper verbis litem moveri ; quin ſi res ferat illam alteram „ coſmeticam medicam indigitabimus. „ Harum utramque perſecutum fuiſſe Critonem medicum Trajani ævo florentem, evincunt argumenta librorum IV. κοσμιτικῶν, quæ in bibliotheca græca extant Fabricii lib. VI. cap. VII. pag. 68.

(*b*) Videatur P. Bellonius *de medicato funere*; Timæi a Guldenklee *lib. 6. epiſt. med.* 10. Reuſneri *obſ. med.* a VVelſchio edit. 200. Sanctorelli *poſtpraxis medica*, *ſ. de medicando defuncto*. Præter hos J. Lanzoni *de balſamatione cadaverum* tractatum edidit, Ferrar. 1693. 12. Clauderus egregiam *methodum balſamandi corpora humana*, Jenæ exhibuit 1679. 4. & Tob. Andreas *bilan-*

me hujus accurata notitia convenit Medico: ei præſertim, qui apud Principes, & Magnates fecerit medicinam. *Et Præcepit Joſeph ſervis ſuis medicis, ut aromatibus condirent patrem ſuum* Gen. cap. 50. Hoc nobile teſtimonium impellere poteſt etiam doctiſſimos viros de hac materia ſcribere, *Sebizium*, *VVeslingium*, & alios, quos conſule.

Definitiones medicæ ſunt utiliſſimæ ſcitu, immo ut memoria teneantur moneo tamquam totius artis compendium. Si enim morborum ſola nomina compendioſe vocari ſolent definitiones; Definitiones & ipſæ breves dici poterunt morborum tractatus. Adſcribitur libellus Galeno, qui cum ſpuriis inſeritur, non rejiciendus. Sed hoc argumentum integre adimplevit *Joannes Gorræus*. Quem legant ac ſæpe perlegant tyrones, ut theoricæ doctrinæ medulla, & ſucco ſubſtantifico imbuantur. Nec minus accurata cultura in ſimili opere inſudaverat *Prævotius* eruditiſſimus, methodo analytica mire diſpoſito, quod nondum excuſum deſideratur, ſed (*a*) ſperatur.

cem exactam Bilſianæ, & Clauderianæ balſamationis conſcripſit, Amſt. 1682. Pleraque demum ad cadaverum balſamationem pertinentia Garmanus habet lib. III. *de miracul. mortuor.* tit. II. *de cadav. incorrupt.*

(*a*) Hoc opus Prævotii, quod ſciam, necdum publicam vidit lucem.

Digitized by Google

Ordo ſcribendi horum auctorum mihi perfricat memoriam vtiliſſimi ac valde neceſſarii opuſculi, quod Galenus inter Iſagogica nobis reliquit, ut nihil in tanto ſcriptore deficiat, quod ad medicinæ perfectam intelligentiam facere poſſit. (*a*) Hic liber eſt ad inſtar Onomaſtici, linguarum ſcilicet *apud Hippocratem obſoletarum explanatio*. In eo aſſidue verſetur, qui Hippocratis mentem recte aſſequi voluerit: ſi præſertim propria lingua, græca nimirum illum audiat loquentem, vel ſi illius opera, quæ Græco-latina publici juris fecerunt *Mercurialis* & *Fœſius* habeat præ manibus. Nec omittat ſimilis utilitatis *Erotiani Onomaſticum*, in quo pariter voces omnes, quæ majori indigent explanatione, ordine deſcribitur alphabetico. Noli perperam interpretari Galenum paſſim illos increpantem, qui ſe nominibus nimium addicunt. Sciās Galenum illos carpere, qui in levibus nominum quæſtionibus

(*a*) In dictionario medico H. Stephani Pariſ. 1564. 8. extat tum Galeni τῶν ἱπποκράτης γλωσσῶν ἐξήγησις, ideſt *difficiliorum vocum Hippocratis expoſitio* a P. Gillio ex vet. cod. emendata; tum Erotiani τῶν παρ' ἱπποκράτει λέξεων συναγωγή, ſive *vocum, quæ apud Hipp. ſunt collectio* nunquam antea edita, cum pluribus, iiſque eruditis H. Stephani caſtigationibus; quæ deinde Ven. ann. 1566. 4. recuſa fuit apud Juntam in latinum ſermonem verſa, utilibuſque annotationibus illuſtrata a Barth. Euſtachio Sanctoſeverinate.

Digitized by Google

nibus ac ſubtilibus ſophiſmatis agitandis, relictis rerum eſſentiis tempus perdunt. Alioquin non negat & ipſe partem unam eſſe ſapientiæ, quid quo cenſeatur nomine in primis noviſſe. Qui enim ex libris vult ſententias eruere, atque penitus exprimere, neceſſe eſt ut verborum corticem ante perrumpat; nec interiora panduntur, niſi exteriora ante pateſcant. (*a*) *Lexicis* igitur quammultis, & va-

(*a*) Quibus carere nequit medicus, præter Galeni, atque Erotiani lexica, Stephanique dictionarium medicum, ſunt profecto *definitiones medicæ* Jo. Gorræi editionis Pariſienſis 1564. aut Francofurt. ad M. 1578. 1601. f. Fœſii *œconomia Hippocratis* opus quam utiliſſimum, Francof. 1588. & Genev. 1662. fol. Con. Dieterici *jatreum Hippocraticum*, ſive lexicon græcum ex vocabulis aphoriſmorum Hippoc. concinnatum, Gieſſæ 1656. 4. Joachimi Camerarii *commentarii inſignes utriuſque linguæ*, in quibus diligens præcipue exquiſitio nominum partium corporis, non ſine functionum nomenclaturis, aliiſque huc accedentibus, Baſil. 1551. f. Ad Hippocratem pariter interpretandum maximo adjumento fore Heſichii *lexicon* Scaligero viſum eſſe, Fabricius affirmat loc. cit. lib. IV. cap. XXXV. p. 546. Id autem elegantiſſime prodiit e typis Lugduno-Batavis, 1668. 4. cum emendationibus inſignium virorum. Eruditi vero medici Pollucis *onomaſticum* ſibi comparent editionis Amſt. 1706. f. vol. 2. *Etymologicum magnum* Sylburgianæ editionis, Heidelberg. 1594. fol. Svidæ *lexicon*, Cantabrig. 1705. fol. 3. vol. Martinii *Etymologicum*, Trajecti 1698. f. G. Budæi, Jac.

Digitized by Google

& variis linguis ſe muniat. Nulla enim in hoc genere erunt ſuperflua. *Lexicon Etymologicum Matthæi Martinii* ſit tibi inſtar multorum. *Onomaſticon Pollucis* eſt præſtantiſſimum. Lexica græco-latina *Scapulæ*, *Untzeri*, *Valderi*, *Hooperi*, *Crucii*. *Etymologicon magnum*: *Dictionaria medica* (*a*) *Caſtelli*, & *Henrici Stephani* pariter ſunt utiliſſima. Aſſimilantur his laboribus *indices* accuratiſſimi *Matthæi*

thæi

Tuſani, & R. Conſtantini *lexicon* græco-lat. Genev. 1662. f. 2. vol. *Theſaurus græce linguæ* H. Stephani, Pariſ. 1572. f. 5. vol. aut hujus loco celebre *lexicon* Scapulæ e Stephani theſauro, cenſente jure Fabricio, excerptum; opus cunctis quibus græcus arridet ſermo quammaxime neceſſarium, cujus præſtantiores editiones ſunt Lugduno-Batav. & Amſtel. 1652. fol. & Baſil. 1665. itidem in fol.

(*a*) *Lexicon medicum* Barth. Caſtelli a Brunone purgatum & auctum, accedentibus Jo. Rhodii additionibus exiit Patavii 1721. 4. quo utiliorem librum lucem hactenus non aſpexiſſe Francus exiſtimat. Vid. præfat. ad idem lex. Eſt etiam S. Blancardi *lexicon* erudito medico comparandum, L. B. 1702. 8. vel ex eo quia rerum latinis græciſque vocibus addantur Batavæ, Germanicæ, Gallicæ, Anglicæque. Ab hujus bibliotheca neque Burggravii *lexicon medicum* univerſale abeſſe debet; in quo non magis rerum explicantur vocabula, quam res ipſæ, rerumque ideæ fuſe ac dilucide traduntur. Hujus eximii operis tomum primum tantummodo vidi litteras A. & B ſiſtentem, Francof. ad Mœn. 1733. f. utinam præclarum adeo opus ad exitum perducatur,

thæi Pini in Hippocratem ſed editionis Baſileenſis, & *Antonii Muſæ Braſavoli* in Galeni opera omnia; opus indefeſſæ elucubrationis, & utilitatis inexplicabilis.

Tandem qui *univerſam medicinam* congeſſerunt, ut ſunt multi, ſic pro multis unus eſt *Fernelius* divini Vir ingenii, ſupra antiquos qui valde ſe extollit acumine, & doctrina. Non patitur ejus dignitas, ut apponam ſocios. Solus laudetur in univerſa medicina, quoniam ab aliis non attingitur. Quapropter (*a*) caute legendus. Requirit namque maturi judicii medicum.

(*b*) *Varias lectiones* medicas ingenioſiſſima criſi perſcrutati ſunt *Cagnatus*, & *Mercurialis*:

(*a*) An quia „ eloquentia ſua „ ut arbitratur Conringius l. c. cap. III. th. XXXIII. „ incauto & rerum imperito lectori paſſim fucum facit, potius quam ut firmis argumentis eum inſtruat, & convincat? „ Idem tamen Conringius Fernelii, *viri*, ut vocat c. VII. th. XI. *experientiſſimi, & magni judicii, atque ingenii* libros therapeuticos *de compoſitione medicamentorum*, non modo ceteris auctoris præfert, ſed etiam tuto iiſdem fidendum eſſe, exiſtimat. Secus Boerhaavius l. c. *pathologicos* Fernelii libros optimos eſſe, affirmat. Præſtantiſſima Fernelii operum editio eſt Ultrajectenſ. 1656. 4. cum Heurniorum, aliorumque doctiſſimis Scholiis.

(*a*) Reſtant memorandæ variæ lectiones medicæ Garziæ Lopez, Salviani, Reineſii, & C. Hoffmanni; controverſiæ pariter Valleſii, Mer-

Digitized by Google

Nec Medicam ſupellectilem parum adaugebit crebra lectio admirandi *Cæl. Rhodigini*, viri adeo reconditæ eruditionis, ut in hoc genere nullum hactenus habuerit æqualem. Non tamen careat Medicus, ut ſimul cum perfectione ſit ornatus, nobiliſſimis *Scaligeris*. (*a*) *Julius* inter multa dabit in Theophraſtum de Hiſtoria plantarum elegantiſſima commentaria: (*a*) Exer-

cita-

cati, Sylvatici; neque minus eruditiſſimæ Jo. Langii epiſtolæ, Jo. Manardi, Con. Geſneri, Reineſii ad Neſteros, & Th. Bartholini, quæ cum ejuſdem diſſertatione *de inſolitis partus viis*, Veslingiique *de pullitie Ægyptiorum*, aliiſque obſervation. anatom. Hagæ Com. prodierunt 1740. 8. itemque Conringiana epiſtolica, Lipſ. 1719. 8. Camerarii *diſſertationes epiſtolicæ*, Tubing. 1712. 8. & R. Lentilii *miſcellanea med. pract.* Ulm. 1698. 4.

(*a*) „ Obſervandum „ inquit Conringius c. x. th. xxx. „ neutri commentario, ſive in hiſtoriam, ſive in libros de plantarum cauſſis, „ ultimam manum a Scaligero impoſitam, imo „ animadverſiones in hiſtoriam plantarum ſatis „ exiles eſſe. „

(*b*) „ Librum hujus contra Cardanum pul„ chras obſervationes continere „ animadvertit Perronius in Perron. p. 294. „ multa vero „ leviſſima; quæ tamen tolerabilia ſunt, quia „ elegantibus terminis exornata ſunt. „ *Multum*, inquit Voſſius *de idololat.* l. 3. c. 59. *in exercitationibus ſuis debet Jo. Leoni; utcunque nomen ſcriptoris ſemper ſuppreſſit*: contradictionis porro ſtudium, quod ubique in hiſce exercitationibus ſe prodit, ſophiſta dignius eſſe, quam philoſopho, idem affirmat l. c. l. 2. c. 80.

Digitized by Google

citationes acutiſſimas contra *Cardanum*. Quid? & hujus inſignis ingenii obliviſcemur? certe injuriam fecerimus: multa curioſa congeſſit Vir omnium rerum ſcientiſſimus, non tamen in eis pretioſum conterendum tempus: concedi illi poſſunt horæ ſubciſivæ, præſertim cum quædam ſint aliquantiſper ſuſpecta: multa vero quæ ad Jatromathematicam faciunt ſunt (*a*) utiliſſima: præcipue quæ in Aphoriſmos Hippocratis docte exaravit.

Nec pretioſa iſta (*b*) Jatromathematicæ gem-

(*a*) Imo ſi quæ ſunt, pace dixerim Auctoris, quibus plus inſit nugarum, ſunt profecto Cardani aſtrologica. Legantur horum loco ejuſdem aphoriſmorum Hippocratis *commentaria*, e quibus plurima mutuatus eſt Tozzius in ſuis ad Hipp. *commentariis*: tum Cardani in libros prænotionum *commentaria*; liberque *de ſanitate tuenda*; deque *malo recentiorum medicorum medendi uſu*; quibus addit legendum Rhodius in introduct. ad medicin. *contradicentium medicorum* librum.

(*b*) Cave hic intelligas aſtrologiam *judiciariam* dictam, quæ ex variis planetarum aſpectibus prædicere audet morborum exitus, dies ſalubres aut inſalubres in morbis pro miſſione ſanguinis celebranda, pharmaciſque exhibendis; quæque dierum indicum, criticorumque rationem reddit; a Magino potiſſimum, & Jo. Haſfurto excultam: hanc quippe ſatis irriſerunt plures egregii viri, inter quos elucent Jo. Picus Mirandulanus in *lib. de vanit. aſtrol.* Jo. Langius l. 1. *epiſt.* 35. Fracaſtorius in *lib. de dieb.*

Digitized by Google

gemma debet carere Medici ornatus, in qua elaboranda poſt admirandum (*a*) *Ptolomæum* diligentiſſimum artificem ſe exhibuit *Junctinus* in Speculo Aſtronomiæ, & expreſſe pro medica doctrina *Jovianus Pontanus*, *Maginus*, *Fi-*

cinus

crit. Jo. Ch. Sturmius in *diſſert. de influxu ſtellarum*, atque M. Ozanam, referente M. de Fontenelle, *eloges des academiciens* tom. 2. p. 66. edit. Hagæ Com. 1731. 8. qui duarum prædictionum, quas Ozanam invitus fecerat, exitum lepidiſſimum narrat.

(*a*) Aſtrologiam porro, ſeu Aſtronomiam; quemamodum alii nominare malunt, quæ in aſtrorum cognitione verſatur, motum, diſtantiam, ordinem, magnitudinemque conſiderans; cujus ſcientiæ princeps Ptolomæus extitit; ad medicinam conferre οὐκ ἐλάχιστον μέρος *non minimam partem*, ἀλλὰ πάνυ πλεῖστον, *ſed omnino plurimam*, auctor eſt Hippocrates in lib. *de aer. aqu. & loc.* Ptolomæi *magnæ conſtructionis* libri XIII. prodierunt græce cum Theon. Alexand. *commentariorum* libris XI. Baſil. 1538. f. Hujus ſyſtema ſecuti ſunt Regiomontanus, & Georg. Purbachius, qui dilucida & brevi epitome latina majorem præ ceteris *almageſto* lucem attulerunt. At hodie Copernicanam hypotheſim fere quiſque ſequitur, quam pluribus argumentis confirmat eximius Gal. Galileus in *dialogo* italice exarato, excuſoque Florent. 1710. 4. *ed. 2. cum addit.* & adhuc amplius Iſmael Boulliaud *in aſtronomia philolaica*, Pariſ. 1645. f. ejuſdemque *fundamentis explicatis, & aſſertis*, ibid. 1657. 4. nuperque cl. Horrebovvius in *Copernico triumphante*; Hafniæ, 1728. 4.

Digitized by Google

cinus, & cœleſtis phyſiognomicus *Porta*, auctores egregii. Sed unum pro iſta laborioſa ac difficili diſciplina maxime advertendum, quod requirat peritiſſimum artificem. Nec audeat quiſque Medicus ejus abſtruſis calculis facile ſe tradere, abſque recta & peritiſſima aſtrorum cognitione. Poterit tamen uti pro diurna in ægrotis accidentium obſervatione Ephemeridibus quæ Sizygias planetarum ad invicem, & luminarium conjunctiones ac varios aſpectus accuratiſſime delineant, quod requirebat Galenus lib. 3. de diebus criticis cap. 6. Quod argumentum varia eruditione exornatum præ omnibus nobis dedit *Antonius Maginus*. Sed in accurata calculandi veritate nullus neotericorum *Argolum* ſuperavit, virum in hac arte ad Patavinæ Academiæ gloriam ſingularis ingenii.

Nec in progreſſu hujus argumenti deguſtaſſe erit indecorum ſuaviſſima fercula æthereis ambroſiis anteponenda: ſcripta ſunt *Scheineri*, & *Kircheri* doctiſſima. Hic qui præter multa eruditiſſima, (*a*) artem magnam lucis & um-

(*a*) Romæ exiit 1646. fol. 2. vol. & Amſtel. 1671. f. Hoc opus ut mole exuperat, ſic doctorum judicio in demonſtrationibus deficit; multa habet, quæ uſui inſerviunt, multa quoque, quæ ad alios tractatus pertinent. Citius equidem umbram dixerim, quam lucem, utique ſi conferatur cum Carteſii *dioptrica*, Pariſ. 1644. edita, recuſaque 1724. 12. vol. 2. aut cum

& umbræ lucidiſſime conſtruxit: qui (*a*) Magnetem tam alte examinavit, ut mille regiis productis experimentis non examinaſſe credam, ſed novo ſpiritu animaſſe: Ille qui in ſole (*b*) maculas ſeu faculas, ut ipſe vocat, varios ac inau-

tractatu M. Huygens *de la lumiere*, L. B. 1691. 12. & Amſt. latine cum ceteris operibus, 1728. 4. vol. 2. aut cum magni Nevvtoni *optica* anglice, Lond. 1704. 4. & latine reddita ibidem 1719. 4. aut *optices ſyſtemate completo* Rob. Smith anglico idiomate vulgato Cantab. 1738. 4.

(*a*) Titulus eſt operi: *magnes, ſive de arte magnetica* opus tripartitum, Rom. 1641. 4. correctius deinde prodiit Colon. Agripp. 1643. auctiuſque poſtea Rom. 1654. f. Experimentis in hoc captis opere plurimum juvari praxim, nemo negaverit: ægre tamen fortaſſe feres, demonſtrationes deſiderari plures, multiſque ad rem non facientibus librum tertium ſcatere. De magnete eſt optime meritus Fabri in tom. 4. *phyſic.*, Lugd. 1671. 4. cujus tamen induſtriam longe ſuperavit cel. P. van Muſſchenbroeckius *in diſſertationibus phyſicis, experimentalibus, & geometricis de magnete*, L. B. 1729. 4.

(*a*) Qui primus in ſole maculas detexit nobilis Galileus fuit, eique merito inventi gloria debetur. Lege hujus epiſtolam ad ill. Alph. Antoninum ſcriptam, tom. 2. p. 47. oper. Galil. edit. Florent. 1718. 4. tum epiſtolarum fragmenta id ipſum teſtantia pag. 224. & ſeq. Quæ quidem maculæ ut in Romana editione tabulis 38. æneis ſunt eleganter expreſsæ, ſic in Florentina ligno inciſæ, ſunt admodum depravatæ.

Digitized by Google

inauditos earum motus, ac periodicas per ipſummet corpus ſolare circulationes non minus oculate quam vere obſervavit, ut in *Roſa Urſina* opere elaboratiſſimo teſtatum reliquit. Ut interim *Galileum* ſupprimam, qui (*a*) nuncium audacem ad ſydera mittens novos planetas, eorumque novas choreas, miri teleſcopii a ſe inventi beneficio detexit.

Sed iſta curioſa ſunt nimis: ad bene medendum quæ tamen nihil faciant. At pro philoſophica ſpeculatione nihil præclarius, qua, ut diximus, debet Medicus in primis initiari, imitatione Hippocratis, & Galeni. Nec minus tamen Geometrica cognitione, quæ toties ab eodem celebratur, eos irridente qui medicinæ faſtigium crediderint ſe adepturos (*b*) abſque Geometriæ peritia lib. quod ſi quis opt. Medic. & lib. 1. meth. med. Quapropter accerſeatur in eruditam Bi-

(*a*) *Sidereus nuncius magna longeque admirabilia ſpectacula pandens . . . . in lunæ facie, fixis innumeris, latteo circulo, ſtellis nebuloſis, apprime vero in quatuor planetis circa Jovis ſtellam . . . circumvolutis*, ec. editus eſt Ven. 1610. 4. In hac editione veri, nitidique macularum lunæ icones, ſtellarumque a Galileo obſervati cernuntur.

(*b*) Geometriæ atque arithmetices ſtudium admodum commendat Hippocrates in *epiſtola ad Teſſalum*. Plura harum facultatum elogia legere eſt in tom. 1. p. 17. ec. Euclidis italice editi Florent. 1718. 12. t. 2.

Digitized by Google

Bibliothecam Megarenſis (*a*) *Euclides* ; cui (*b*) *Clavius* aſſocietur illuſtrator accuratiſſimus

(*a*) Hujus in geometricis viri laboribus nihil additum eſſe a ſequentibus, quod intervallo tot ſæculorum dignum ſit, teſtatur Baco *de augmento ſcientiarum*, l. 3. Euclidis elementorum libri xv. vulgati ſunt græce Baſil. 1533. fol. veri tamen ſimile eſt, eundem libros tantummodo xiii. compoſuiſſe, cum decimuſquartus liber præfationem propriam habeat, qua nec primus gaudet Euclidis. Vid. Voſſius *de mathem.* cap. 15. A pleriſque tamen libri illi duo adjecti „ Hypiſicli Alexandrino tribui ſolent , & recte „ meo judicio „ inquit Clavius *in ſchol. ad Hypiſ. proœm.* tom. 2. elem. Euclidis lib. 14. Editionem librorum xiii. Euclidis Londinenſem græco-latinam, 1620. f. nitidam, figuriſque accuratis ornatam laudat Meibomius *in dialog. de proport.* p. 173. Laudatur quoque altera luculentiſſima græco-latina Oxonienſis a cl. Hudſono recenſita, 1704. f.

(*b*) Inſignis ille demonſtrator, qui teſte Joſ. Scaligero *epiſt.* 106. annos 50. Euclidem legit ; quique Euclidis libros xv. edidit latine , perſpicuis demonſtrationibus , accuratiſque ſcholiis præditos , quibus xvi. F. Candallæ adjecit librum de ſolidorum regularium cujuslibet intra quodlibet comprehenſione ad perfectam quinque regularium corporum tractationem , Rom. 1603. 8. 2. vol. Euclidem pariter cel. Barrovvius brevioribus nec minus perſpicuis demonſtrationibus illuſtravit , Lond. 1659. 1678. 8. Hunc ſecuti ſunt magna ſibi parta laude Tacquet & Dechalles ; quorum hic propoſitionum uſum in ſingulis matheſeos partibus breviter oſtendit, Pariſ. gallice, 1720. 12.

Digitized by Google

mus qui clavi admiranda, abſtruſioris Geometriæ adyta fideliter reſeravit. Sed ſi in his (a) *Renato Carteſio* adhæreas, (b) nulla clavi jam

(a) Excuſa fuit gallice geometria Carteſii L. B. 1637. 4. deinde latine cum Florimondi de Beaune notis, interprete & commentatore F. a Schooten, ibid. 1649. 4. & Francof. ad M. 1695. 4. Nova iſthæc geometria dicitur, eo quia primus Carteſius algebraicum calculum geometriæ applicuerit, ratiocinationem ſubſtituens analyticam ſyntheticæ antiquorum: hinc ut jucundior exiſtit antiqua, ita longe ſubtilior; cui tamen plurimum difficultatis ſuſtulit doctiſſimus Rabuel pleraque corrigendo, addendo, atque illuſtrando in *commentaires ſur la geometrie* de M. Deſcartes, Lugd. 1730. 4. nuperrimeque illuſtravit cl. Abbas a Gua de Malves in doctiſſimo opere: *uſage de l' analyſe*, ec. Pariſ. 1740. 12. ubi nobilem indeterminatarum Carteſii methodum explicans, linearum geometricarum cujuslibet ordinis affectiones docet eruere ſine calculi differentialis ope.

(b) At non adeo pridem nova ſurrexit analyſis, illuſtr. viror. Nevvtoni, atque Leibnitſii profundiſſimæ ſpeculationis fœtus, differentialem atque integralem calculum in mathematicas diſciplinas invehentium, quibus difficillima quæque problemata momento fere ſolvuntur, quæ vetus analyſis aut nunquam, aut ægre admodum, viaque oblquiore enodaſſet. Differentialem calculum quam accuratiſſime explanavit cel. M. de l'Hoſpital in ſublimi tractatu analytico *des infiniment petits*, vulgato Pariſ. 1696. recuſoque 1716. 4. integralem vero luculenter fuſeque tradidit cl. Gabriel Manfredius, edito

jam opus erit: pandentur tibi reconditioris matheſeos obſeratæ portæ: & quod olim optaſſet forſan Archimedes, idipſum, ſelix hoc ſæculum unius Carteſii ſolertia adipiſcitur.

Sed jam revertor ad omniſcios *Scaligeros*, præter relata *Julii* ſcripta habetur doctiſſima interpretatio & elucidatio Libri Hippocratis de inſomniis. Quo in argumento nuper ingenii mirum acumen exhibuit *Hieronym. Franzoſius* Medicus Veronenſis celeberrimus. Nec *Joſephus* filius (Scaligerum dico) medicos parum exornabit. Non afferam in medium opus illud (*a*) plane divinum de Emendatione temporum

opere *de conſtructione æquationum differentialium primi gradus*, ec. Bonon. 1707. 4. Juventiſque hiſce admirandis innititur Nevvtoni opus longe celeberrimum: *philoſophiæ naturalis principia mathematica*, cujus caſtigatior editio eſt tertia Lond. 1726. 4. quodque doctiſſimis commentariis exornatum miramur communi ſtudio clariſs. vir. P. P. le Seur, & Jacquier, Genev. 1739. ec. 4.

(*a*) Vulgatum eſt Pariſ. 1583. f. caſtigatius deinde, & auctius L. B. 1598. f. poſt ex auctoris mſs. auctius, caſtigatiuſque Genev. 1609. f. quæ ſane editio palmam rapit ceteris. In hoc opere „ ut non aſſecutus ſit ſemper Scaliger „ inquit Caſaubonus ad Thuanum „ quod quærebat; ea certe præſtitit, quæ juſtam admirationem doctis æſtimatoribus non poſſint non „ exprimere. „ Hiſce adde cenſuram extantem in tom. 23. pag. 303. *operis* P. Niceron inſcripti: *memoires pour ſervir à l' hiſt. des homm. illuſt.* a Paris 1719. 8. vol. 40. Scaligeri in

porum ; quod vir polyglottos, quatuordecim nimirum linguarum Barthaſii teſtimonio, ad elehantiam callentiſſimus elucubravit. Sufficiat Medicis vidiſſe Commentaria in Philoſophi libros (*a*) de Hiſtoria & Generatione Animalium. Argumentum, & auctores nominaſſe ſat eſt, ut ab ampliori abſtineam commendatione.

cronologicis lapſus emendat acutiſſimus Petavius in opere celebri *de doctrina temporum*, Pariſ. 1627. fol. vol. 3. caſtigatius deinde edito, Antuerp. 1703. f. vol. 2. & Veronæ 1734. fol. vol. 3. Neque minus commendari debet ejuſdem ſummi viri *rationarium temporum*, cujus plures editiones cum additamentis extant, quarum poſtremæ ſunt Lugduno-Batav. 1724. 8. & Veneta 1733. 8. vol. 2.

(*a*) Prodierunt græce & latine Toloſæ, 1619. f. ſtudio & cura Mauſſaci. „ Il paroît „ inquit Niceron l. c. p. 269. „ que *Scaliger* dan ſa tra„ duction n' a pas voulu ſe rendre eſclave des „ mots de ſon Auteur, pour s'attacher mieux „ a leurs ſens ; liberté que M. Huet a juge „ dangereuſe e ſujette à erreur. „ Animadvertit etiam Conringius loc. cit. cap. IX. th. VII. Scaligerum *grammaticis tricis* occupatum potiſſimum eſſe. „ Quænam autem „ idem inquit loc. cit. „ animalia, quæque eorum partes, „ aut etiam excrementa in uſum medicum ve„ niant, poſt alios docuit egregie C. Hoffman„ nus in *paralipomenis officinalibus*. „ quæ poſtremo emiſſa ſunt Jenæ, 1686. 4.

Digitized by Google

Hoc argumentum (*a*) quamvis procul ab Ariſtotelico calle opulentiſſime implevere *Geſnerus*, *Aldrovandus*. In horum ſcriptis ſi per otium deambulare animum permittas, exiſtimabis ſedere te in mirifico naturæ theatro

(*a*) Philoſophice namque Ariſtotelem, grammatice & hiſtorice Geſnerum, & Aldrovandum animalium doctrinam perſecutos fuiſſe, adnotat Conringius l. c. Aldrovandi opus ſplendidiſſime excuſum Bononiæ in fol. vol. 10. cum figuris elegantiſſimis; quod in compendium redegit Jonſtonus in *hiſt. nat. animal.* Amſt. 1655. fol. vol. 2. cum præcipuis figuris nitidiſſime expreſſis: at *in textu compendii virtutes* merito deſiderari, *cum non ſatis exacto judicio uſus* ſit, animadvertit Schelhammerus l. c. cap. IX. th. VII. Libros Rondeletii *de piſcibus marinis*, Lugd. 1554. f. *incomparabiles* appellat Conringius l. c. Severinus *de reſpiratione piſcium* Amſt. 1661. f. magnam laudem eſt conſecutus. De *hiſtoria piſcium* libros IV. abſolutiſſimos, figuriſque vividiſſimis ornatos VVillughbæjus compoſuit, Oxon. 1686. f. Naturalem avium hiſtoriam centum unaque tabulis æneis ad vivum curioſiſſime exculptis illuſtratam Eleazar emiſit Albinus anglice, Lond. 1731. 4. Conchiliorum hiſtoriam perquam erudite tractavit Liſter, Lond. 1685. f. Inſectorum hiſtoriam mirifice illuſtravit Svvammerdamius, Ultraject. 1693. 4. atque Jo. Rajus, Lond. 1710. 4. una cum Liſter *de ſcarabæis Britannicis*: demum viri ſolertiſſimi Malpighius, Derhamus, Goedartius, Redius, Valliſnerius, & P. M. de Reaumur fulgidum academiæ Pariſienſis ſidus.

Digitized by Google

tro ſpectatorem. Labores ſunt immenſæ molis, doctrinæ, eruditionis, ingentes humanioris litteraturæ divitias complectentes.

Et quoniam ornatum jam quærimus ſupra perfectionem medicam, multifariæ lectionis (*a*) ab aliis etiamnum diſciplinis

G 2 mu-

(*a*) Antequam tranſitus ad alia fiat expedit *artis medicæ* conſtitutionem noviſſe, ortuſque ejuſdem, progreſſus, ſectas, inventa & deſiderata. Horum notitiam petes potiſſimum ex P. Laurembergio in *porticu Æſculapii*, Roſtoch. 1631. 4. Conringio in *introductione in univerſam artem medicam*, Helmeſt. 1651. 4. & cum additamentis Schelhammeri, aliorumque virorum opuſculis, Halæ 1726. 4. Jo. Neandro in *medicinæ natalibus*, *ſectis*, *placitis*, Bremæ 1623. 4. Jo. Beverovicio in *idea medicinæ veterum*, L. B. 1637. 8. rurſumque ex Conringio in lib. II. *de Hermetica medicina*, Helmeſt. 1648. 1669. 4. ex *hiſtoria medicinæ* Dan. Clerici, Amſtel. 1723. 4. Ottomari Goelicke variis periodis, anniſque Francofurti in 8. impreſſa; Con. Barchuſen, Traject. ad R. 1723. 4. Freindii, Ven. 1735. 4. & Scultzii, Lipſ. 1728. 4. Itemque conſulendi Janſ. ab Almelovven in *inventis nov-antiquis*, Amſtel. 1684. 8. G. Paſchius, Lipſ. 1700. 4. Corn. a Beughem in *ſyllabo recens exploratorum in re medica*, *phyſica*, & *chemica*, Amſtel. 1696. 12. Jac. Apinus in diſſertatione *de incremento phyſices per medicos facto*, Altd. 1719. f. Car. Fr. Cogroſſus in pererudito opere: *ſaggi della medicina Italiana*, Patav. 1727. 4. & Jo. Furſteneau in *deſideratis medicis*, Lipſ. 1727. 8.

Digitized by Google

mutuatos auctores non raro evolvat : (*a*) *Homerum* præcipue vatem clariſſimum, qui merito litterarum parens, & doctrinarum fons perhibetur a celeberrimis ſcriptoribus. Inter quos ſtructura eleganti *Andreas Tiraquellus* (*a*) peritiſſimum Medicum pronunciat Homerum,

(*a*) Laudat Homerum Hippocrates in libro de articulis his verbis : καλῶς γὰρ Ὅμηρος καταμεμαθήκει, ὅτι, ec. ejuſdemque paulo infra adducit verſum licet hodie in Homeri ſcriptis non extantem :

Ὡς δ' ὁπότ' ἀσπάσιον ἔαρ ἤλυθε βουσὶν ἕλιξιν.

Homeri ilias, & odyſſea una cum batrachomyomachia, & hymnis, græce primum Florent. exierunt 1448. f. Hanc ſecutæ ſunt editiones græcæ Aldinæ 1504. 1517. 1524. 1528. 8. Pariſienſis tertia laudatur caſtigatiſſima in *poet. princip.* H. Stephani, 1666. fol. Denique odyſſeam nitide & emendate excuderunt Cantabrigienſes forma majore octava. Commendantur pariter editiones græco-latinæ Amſt. 1648. 1650. 8. vol. 2. Cantabrigienſis 1676. 1679. 8. vol. 2. atque Amſt. 1706. 12. Odyſſæam & batrachom. latino carmine heroico S. Lemnius reddidit, Baſil. 1549. 8. & iliadem Heſſus ibid. eodem anno, & forma.

(*a*) Tiraquelli locus eſt in lib. *de nobilitate* p. 274. 289. Peritum quoque medicum oſtendunt fuiſſe Th. Bartholinus ſub initium libri *de medicis poetis*, Hafniæ 1669. 8. & A. Brendelius in diſſertat. *de Homero medico*, VVittemb. 1700. Et quamvis medicæ peritiæ non multum ei tribuatur ab Alexandro Taſſoni in libro : *de penſieri diverſi*, Ven. 1646. 4. VVolfangus tamen

Digitized by Google

rum, & in ſingulis artis partibus verſatiſſimum.

Sed quandoquidem de nobiliſſimo Tiraquello ſermo incidit, illum ſcias ex omni bonarum litterarum penu amœniſſima atque elegantiſſima collegiſſe, ut (*a*) Bibliothecam medi-

H 3 cam

VVedelius in *exercit.* 10. *decad.* 6. *diſſertat. medico-philolog.* dignum eſſe poetam pronunciat, *quem & medici legant, & non paucis locis explicent ab aliis minus intelligendis citra divinæ medicinæ ſcientiam.* Vid. biblioth. græc. Fabricii lib. II. c. 6. p. 349.

(*a*) Id majori laude præſtitum a Con. Geſnero in *bibliothecæ realis* lib. XIV. in quo agit de medicis & naturalis philoſophiæ ſcriptoribus non ſine aliqua eorundem cenſura, Tiguri 1548. f. Plura ab aliis hoc argumentum verſantibus intacta in *bibliothecam jatricam* Joann. Schenkius contulit, Francof. 1609. 8. Celebrat pariter Conringius cap. III. th. XXVIII. libros *ſcriptis medicis* duos Jo. Anton. Van der Linden, Amſt. tertium cuſos, tum Norimb. 1686. 4. a Mercklino inſigniter auctos. Omnino etiam memorari promerentur C. a Beughem *bibliographia medica, & phyſica*, Amſt. 1681. 12. J. Douglas *bibliographiæ anatomicæ ſpecimen* ab Hipp. ad Harveum, Lond. 1713. 8. H. Schultzii *hiſtoriæ anatomicæ ſpecimen*, Altd. 1721. 4. A. O. Goelike *hiſtoria anatomiæ nova æque, atque antiqua*, Halæ Magd. 1713. 8. ejuſdemque *introductio in hiſtoriam ſcriptorum medicinæ forenſ.* Francof. ad V. 1723. 4. P. Borelli *bibliotheca chymica*, Heidelb. 1656. 12. Bumaldi *bibliotheca botanica*, Bonon. 1657. Bibliotheca C. Linnæii

cam & ipſe extrueret, diverſo tamen fine. Opus eſt multiplici rerum ornatu refertum: nec illo inſalutato culturam multam præſumat Medicus. Curioſe igitur legatur, caput præſertim trigeſimum primum *de Nobilitate*, & liber

botanica, Amſt. 1736. 8. Scheuchezeri *bibliotheca ſcriptorum hiſtoriæ naturalis*, Tiguri 1716. 8. *Bibliotheca realis medica* Lipenii, Francof. 1679. f. & Mangeti *bibliotheca ſcriptorum medicorum*, Genev. 1731. f. vol. 4. eo potiſſimum laude digna, quod in hac plurium librorum ſpecimina ex actis Lipſienſibus excerpta reperiantur. His autem jure addideris peregregium Morhofii *polyhiſtorem* vulgatum Lubecæ 1708. 4. tom. 2. & Boerhaavii *methodum diſcendi medicinam*, libellum ob ſcriptorum delectum præſtantiſſimum. Ceterum jucundum ſimul utileque erit ea vidiſſe, quæ de medicis antiquis annotat G. Voſſius in lib. *de philoſophia*, Hagæ Com. 1658. 4. eoſque noviſſe auctores, quos R. Moreau recenſet in lib. *de miſſ. ſang. in pleuritide*, Pariſ. 1622. 8. quæque occurrunt hujuſcemodi in *bibliotheca græca* A. Fabricii, Hamb. 1718. ec. 4. vol. 14. ac *latina* ejuſdem, ibid. 1735. 8. vol. 3. & Ven. 1728. 4. vol. 2. inque *dictionaire hiſtorique, & critique* Bayle, Amſt. 1740. f. vol. 4. *Lexico univerſali* J. Jacobi Hoffmanni. L. B. 1698. f. vol. 4. & Moreri *dictionaire*, Pariſ. 1718. fol. vol. 5. tum ea quæ ſuppeditant *eloges de M. de Thou, & les additions de Teiſſier*, L. B. 1715. 12. vol. 4. *memoriæ medicorum 7. ſæculi renovatæ decades* VVitte, Francof. 1676. 8. tom. 2. atque elogia M. de Fontenelle, & monumenta P. Niceron ante memorata.

Digitized by Google

ber *de legibus connubialibus*, quæ ad variam lectionem medicam locupletandam apprime valent.

Poſt illum ex legum diſciplina eligere ſibi poterit doctiſſimum *Gregorium Toloſanum* in Artis mirabilis ſyntaxi, ejuſque lectiſſimis commentariis; *Bartholomæum Caſſaneum* in Catalogo gloriæ mundi. *Antonium Guibertum* in Polyhiſtore curioſiſſimo; *Mantuam Benavidium* in Polymathia ingenioſiſſima; *Thomam Morum* in bene morata Utopia; *Stephanum Forcatulum* in priſco Gallorum Imperio; *Pancirolum* in noviter inventis ac deperditis, *Budæum* tandem Græcæ, & Latinæ facundiæ in uno Aſſe ditiſſimum ſcriptorem. Hos & multos alios hujus ordinis pro humanioris literaturæ, aut philoſophiæ augenda ſupellectile, in ſuam Bibliothecam convocare recte poſſit eruditus Medicus. Sed quæ expreſſe ad ipſum faciant mirabili ſagacitate extraxit omniſcius (*a*) *Paulus Zachias*, & in Quæſtiones Medico-legales ſa-

(*a*) „ Cujus quæſtiones medico-legales „ inquit Schelhamm. loc. cit. cap. XIII. t. XXXVII. „ medicis eque ac juriſconſultis in pretio ſunt: „ ſed in quibus tamen hodie forte nonnulla eſ- „ ſent emendanda. „ Francof. ad M. 1688. fol. tom. 3. aliiſque in locis, & nuperrime Venet. 1737. fol. tom. 3. Adibis igitur præclaros aliorum etiam labores; nimirum *medicinam criticam* Ammanni, Erfurt 1670. 4. ejuſdemque *vulnerum lethalium praxim*, ibid. 1690. 8. F. Fidelis *de re-*

Digitized by Google

pienter extruxit, nobiles certe ac utiliſſimas. Hinc catena illa aurea, hinc annulus ille Homericus omnium liberalium artium colligantia mirabilis micat ardentius, ut ſcias quid ſibi invicem præſtent nobiliſſimę diſciplinarum Juriſprudentia, & Medicina, quid ab alterutra utraque mutuetur. Graviſſimum hunc auctorem legite proveɑiores Medici dignitatis veſtræ aſſertorem nobiliſſimum.

Sed pergat eruditus Medicus bibliothecam conſtruere, ut non ſolum Medico-legales, ſed Medico-encyclopædicas poſſit quęſtiones controvertere. Addat itaque ex altiori ordine in Divina Civitate *Auguſtinum Sanctum;* in Hierarchiis *Dionyſium;* in Evangelica pręparatione *Cæſarienſem Euſebium*; in Etymologicis *Iſidorum*; *Caſſiodorum* in variis; *Platonizantem Philonem* in legibus; in Pallio antiquiſſimum *Tertullianum*; in Heptaplo *Mirandulanum Picum*, Orbis miraculum; in Hieroglyphicis *Valerianum*; in numerorum myſteriis *Bergomen-* *ſem*

lationibus medicorum libros, Lipſ. 1674. 8. Bohnii *de officio medici duplici* librum, Lipſ. 1704. 4. ejuſdemque *de renunciatione vulnerum*, ibid. 1696. 8. *medicinam* Zitmanni *forenſem*, Francof. 1706. 4. F. Hoffmanni *medicinam conſultatoriam*, Halæ 1739. 4. & *juriſprudentiam* Alberti *medicam*, Halæ & Lipſiæ, in qua præter præcepta utiliſſima, caſus etiam forenſes partim a F. Hoffmanno exhibiti, partim noviter additi continentur.

Digitized by Google

ſem Bungum; *Firmianum* in Divinis inſtitutionibus; *Alexandrinum Clementem* in Stromatis; *Bedam Anglo-Saxonem* in Chronologicis; *Boetium* in Diviſionibus, & Muſicis; (*a*) *Martinum Delrio* in Magicis diſquiſitionibus; in Solymorum divitiis *Pinedam*; *Malvendam* in Antichriſto; in æternitate ſuaviſſimum *Drexelium*; electiſſimum *Novarinum* in Electis ſacris; & mille electis omnimodæ eruditionis, & ſolidæ doctrinæ operibus, ut ſibi paret arcem omnium diſciplinarum munitiſſimam. Nec cum Muſis humanioribus ſit minus humanus, & comis; ſed horas occupet ſubciſivas cum *Biſciola* litteratiſſimo: Dies caniculares cum lepidiſſimo *Majolo*; Geniales cum *Alexandro Neapolitano*; in Noctibus diverſetur apud *Agellium*; in Septimanis apud *Barthaſium* Chriſtianum Sarronidem; Menſes, & annos apud *Theodorum*, & *Lilium Giraldum* uti-

(*a*) Titulus eſt: *diſquiſitionum magicarum libri ſex*, Lovan. 1599. 4. aliiſque in locis auctius deinde prodiit. Quo de P. Niceron loc. cit. tom. 22. pag. 382. ſuam his verbis ſententiam expreſſit: „ comme on eſt curieux du tout ce „ qui eſt extraordinaire, ce livre eut d' abord „ beaucoup de cours, quiqu'il ſoit rempli quan- „ tité de coutes & de fables, que l' auteur „ adopte malgré leur puerelité e leur peu de „ uraiſemblance. „

utiliter traducat, & antiqua ſæcula apud *Diodorum*, (a) *Philonem*, & *Beroſum* commemoret. Porro pro honeſta diſciplina *Crinitum* advocet: pro doctrina promiſcua *Galeotum Martium*; in omnimoda Hiſtoria enarranda *Dextrum* conſulat; in multa *Solinum*; in varia *Leonicum Thomæum*; in viridariis deambulet cum *Mendoza*; & cum venuſtiſſimo *Pelicerio* longævum aucupetur Phœnicem; in Corollariis ornetur *Hermolao Barbaro*; in paralellis adæquatiſſimo *Cauſino*; in Papyro *Guilandinus* primus adſcribatur; in pentacontarchis *Ramirezius de Prado*; Curioſa philoſophica exigat a *Nierembergio* eruditiſſimo; inaudita a *Gaſſarello*, Orientis ab una Gallia ſagaciſſimo exploratore; in recenſendis rerum inventoribus *Polydorum*, & *Sardum* audiat, & in Argonauticis Americæ periculis *Biſſelium* ad-

(a) Extat quidem Philonis liber *de biblicis antiquitatibus* latine Philoni ſuppoſitus inter Philonis opuſcula editus a Sichardo, Baſil. 1527. f. & alibi. At Auctor noſter videtur intelligere *breviarium temporum* in duos libros diviſum Philoni Hebræo ſuppoſitum, quod una cum quinque *antiquitatum* libris, aliiſque *merum* ſunt Annii Viterbienſis medio ſæculo xv. clari, ſive *alterius ingenii* commentum. Conf. biblioth. lat. Fabricii tom. II. edit. Ven. lib. IV. cap. 13. pag. 604.

Digitized by Google

admiretur. A prodigiis (*a*) cum *Obſequente* obſtupeſcat: & naturæ, & artis miracula cum *Servio* perſcrutetur; apud ornatiſſimum *Ferrarium* pretioſis ornetur priſcorum veſtibus, ut cum *Stuchio*, & *Bulengero* lautiſſimis antiquorum menſis accumbat.

Si politico Chriſtianis delectetur *Marquezium*, *Scribanum*, & *Ribadeneyram* ſæpe perlegat: Si tabularum capiatur elegantia *Philoſtratum* cum *Vigenario* oculis perluſtret; Icones animorum a *Barclajo* mutuetur; & Principis imaginem ab uno exaret *Balzaco* Gallicæ eloquentiæ vere principe; & ne rara & curioſa in muſeo deficiant cum *Piereſchio* diu converſetur, fideliter apud *Gaſſendum* adhuc reſpirante. Reſtat ut litteratos, & inſignes viros undequaque in muſeum couvocet. Hujus negotii eruditiſſimo *Imperiali* curam imponat; ipſe libenter adducit cunctis litteratis notiſſimus. Quibus tandem in erudiendis litteratiſſimum *Danielem Bartholi* nunquam deſerat; ſed ſemper ad unguem imitetur. Optarem præ-

(*a*) Inſignis præ ceteris editio eſt, quam curavit Oudentorpius, L. B. 1720. 8. „ Livium „ potiſſime „ Fabricius loc. cit. lib. III. c. 4. „ „ ſecutus eſt Julius Obſequens, cujus verba et„ iam frequenter ſervat. „ Plurimum doctorum omnium judicio depravatum eſſe, & alienis paſſim conſulibus prodigia in eo notari, obſervat Petavius XII. 38. *doctrinæ temporum*, t. 2, p. 271. edit. Veron.

præterea ut cum (*a*) *Lipſio* Muſarum alumno dilectiſſimo fideles contraheret Medicus amicitias. In illius tamen mira elocutione vellem, ut a primis ſtudiis jeciſſet ſundamenta ſermonis exculti. Ni enim aſſuetus fuerit robuſtiori huic cibo ventriculus, fatuas ac inſulſas propemodum congeret cruditates. Provectiores anni, vel defeſſo jam laborantes calido perperam adoriuntur nervoſum hoc ſtyli genus

(*a*) Plus eruditioni, quam ejuſdem dictioni tribuit Voſſius lib. 4. *inſt. orat.* n. 7. c. 6. Mareſius *epiſt.* lib. 1. ep. 49. Morhoſius *polybiſt.* pagin. 301. Sciopius vero in *Paſcaſio Groſippo* Lipſii latinitatem notat his verbis: „ in Lipſii „ ſtylo iſtæ apparent dotes, acumen, venuſtas, „ delectus, ornatus vel nimius, cum vix quic- „ quam proprie dictum ei placeat, tum ſche- „ mata nullo numero, tandem verborum co- „ pia. Deſunt autem perſpicuitas, puritas, æ- „ quabilitas, collocatio, junctura, & numerus „ oratorius. „ *Spectemus*, ait Quintilianus lib. 10. *inſtit. orat.* cap. 1. *Ciceronem, hoc propoſitum nobis ſit exemplum. Ille ſe profeciſſe ſciat, cui Cicero valde placebit*. Ex cujus „ omnibus ope- „ ribus „ addit Sciopius *conſult.* p. 38. vol. 1. „ „ libri de officiis, & Tuſculanarum quæſtionum „ diligentiſſimam ac ſæpius iteratam lectionem „ merentur; epiſtolæ vero omnes ſi quis eas „ familiariſſimas ſibi reddiderit, hoc præſtant, „ ut ne ſi velit, quidem poſſit non eleganter „ ſcribere. „ Celſi quoque dictio puriſſima eſt atque elegantiſſima, quam non inſeliciter imitatus eſt Lommius in præſtantibus ſcriptis, quæ ſupra recenſuimus.

genus. Poteſt quidem, etſi illud non ſuppetat, nihil de perfectione Medico deficere. Carebit ornatu, non ſapientia. Multos ego novi, apud Hiſpanos præſertim, viros in arte medica, quin & aliis diſciplinis peritiſſimos, eloquio tamen prorſus barbaros ac ineruditos. Quod in Socrate olim hominum ſapientiſſimo adnotatum eſt. Diverſa ſunt temperamenta, quæ eloquii facundiam, quæ ingenii ſubtilitatem, quæ praxis prudentiam pariunt: una præ cæteris ſcientiis medicina plus gaudet compleri rebus, quam verbis: & medicamenta ſunt, quæ morbos curant, non politi ſermones. Attamen non inglorium erit, ſi diſertus fuerit Medicus; ſi indulgeat quandoque Muſis, non indecorum: Sorores ipſæ ſunt Apollinis, cujus filia medicina. Sæpe latet ſub tegmine carminum ſalubris medicina (non intelligo carminibus curari morbos, abſit indignum facinus, abſint anilia a dignitate Chriſtiani Medici) ſed ex veterum poetarum monumentis quamplurima erui poſſe puto, quæ ad Medici eruditionem & utilitatem apprime faciant. Nuperrime eruditiſſimus (*a*) *Lotichius* ex uno *Petronio*

(*a*) Ingens hujus viri commentarium in Petronium Arbitrum exiit e Francofurtenſibus typis an. 1629. 4. cum var. notis eodem anno eademque forma impreſſis: inter quas eminent nobiles R. Moreau *quæſtiones medico-phyſic.* in Petron. an. 1629. editæ. Lotichium in veterum, bonorumque medicorum lectione parum verſa-

tronio *Arbitro* phyſico-medica extraxit ſcitu digniſſima, quæ in elegantiſſima commentaria diſpoſuit, immortale nomen ipſi comparatura. Etenim multijuga diſciplina, & rerum ampla ſeges ſola poteſt ſupra vulgi obſcuritatem Medicum extollere. An magni *Fernelii* divinis lucubrationibus quicquam demitur ponderis propter dicendi venuſtatem? An *Fracaſtorii* divina Calliope decretam Senatuſconſulto propter artis Medicæ præſtantiam, marmoream ſtatuam potuerit diruere: quin potius extructa amœniſſima S philide novum erigere ſimulacrum? Sed ſtricta oratione prætermiſſa, in qua olim claruere *Lucretius*, *Aratus*, *Damocrates*, *Oppianus*, (a) *Macer*, *Serenus*, *Nicander*, & unus princeps

tum, undiquaque nec recte quidem compilaſſe, quæ ad grandiendum librum inſervire poterant, affirmat Goldaſtus, in epiſt. ad C. Hoffmannum 7. Cal. Octobris 1631. exarata.

(*a*) Pſeudo-Macer jure nominandus auctor librorum *de virtutibus herbarum* in collectione Aldina med. latin. antiquor. aliiſque in locis impreſſorum „ qui „ quidem judicio Cornarii in hujus præfatione Francof. 1540. 8. „ religioſus „ & monachorum generis, ut apparet, Cui vel „ Macro nomen fuit, vel Macri nomen his libellis „ præfigere viſum fuit ut ſtudioſos magis „ tanti auctoris titulo „ nimirum Macri Ovidii Poetæ contemporanei „ invitarent. . . . In „ ſumma ſæculo barbariſſimo, & auctore græ„ cæ linguæ ignaro, & latinæ non ſatis docto,

Digitized by Google

ceps *Abenſina*, qui meliorem medicinæ partem per cantica, ideſt per Metros idiomate Perſico poſteris tradere non erubuere. Hiſtoricos, & Geographos pertractaſſe utiliſſimum ſemper judicavi, ut in eis accurate obſervet, quæ circa regionum temperamenta ac temporum accidentia evenerint: non parum iſta ad Medicum facient. Ex Geographis igitur, poſt Strabonem, Melam, Dioniſium (*a*) nobiles ac veteres ſcriptores, elige cum delectu, quos legas cum delectatione, *Ortelium*,

„ primi tres libelli, itemque quartus qui jam „ recens acceſſit . . . ſcripti ſunt. „ Legenda inſuper de hoc pſeudo-Macro Th. Bartholini diſſertatio *de medicis poetis*, Hafniæ 1669. 8. de Æmilio autem Macro conſulendus Broeckuſius ad Tibull. pag. 275. & Reineſins *in epiſtola* ad Daumium.

(*a*) Æquum non eſt hic loci ſilentio præterire Cl. Ptolemæi *geographiam* græce primum Frobenianis typis expreſſam, 1553. 4. & Pariſ. 1546. 4. græce, & latine Amſtel. 1605. 1618. f. ſed poſtremam hanc unam eandemque eſſe cum græco-latina priore, mutatis tantum titulis, annotat clar. G. M. Raidelius *in commentatione critico literaria* de Cl. Ptolemæi *geographia*, ec. Norimb. 1737. 4. ubi præter mſs. codices, editioneſque modo memoratas, latinas etiam & vernaculas Ptolemæi editiones invenies. Huc addes *notitiam orbis antiqui*, *ſive pleniorem geographiam* Chr. Cellarii Lipſienſibus deſcriptam typis tom. 2. quorum alter excuſus fuit 1701. alter 1706. 4.

Digitized by Google

lium, *Bertium*, *Maginum*. Sed ex uno (*a*) *Atlantis* cacumine totum orbem perluſtra; & ex Hiſtoricis vide (*b*) quam diligenter *Thucydides*

(*a*) Le grand Atlas par Jean Bleau, rariſſimum ingentiſque opus pretii, lucem vidit Amſtel. 1663. fol. vol. 12. ibidemque exiit Janſonii Atlas fol. vol. 8. nec non ejuſdem contractus Atlas 1666. fol. Tum eadem in urbe excuſus fuit an. 1641. 1649. fol. vol. 4. nouveau theatre du Monde ec. Nuperrime vero Venetiis nimirum an. 1740. prodiit in fol. volumen primum Atlantis noviſſimi italice Gulielmi de l' Isle tabulis XXXIV. accuratis præditum, cui præfixa eſt introductio ad geographiam M. Sanſon de Abbeville.

(*b*) Animadvertit Galenus peſtem illam enarraſſe Thucydidem, non ut medicum medicis, ſed ὡς ἰδιώτην ἰδιώταις. At equidem nullus dubito, quin, ſi quis deſcriptionem illam legerit, haud dubie affirmet, deſcriptionem illam, ſi non a medico, certe a diligentiſſimo hiſtorico, nec medicæ artis omnino ignaro profectam fuiſſe. Ideoque ad P. Victorium *in var. lect.* malim accedere Lucretium arguentem in expoſitione Thucydid. II. 50. p. 129. edit. Amſt. 1731. f. καὶ πολλοὶ στερισκόμενοι τούτων διέφυγον· εἰσὶ δ' οἱ καὶ ὀφθαλμῶν; quam ad alios defendentes Lucretium. Hic quippe poetarum more partim addit, partim omittit, partim mutat ac ſeparat, ut unicuique utramque peſtis deſcriptionem conferenti palam eſt. Ac ſi præ mortis metu; cujus nullam ibi, ubi Lucretius agit, mentionem facit Thucydides; ferro privatos virili parte dicere auſis; fatearis quoque neceſſe eſt non modo manuum pedumque extremitates abſciſſas

dides peſtem deſcripſerit, qualem uſquam fuiſſe memoratur lib. 2. cap. 8. belli Peloponeſiaci. Vide *Livium* variis rariſque portentis, quos undiq; *Julius Obſequens* compilavit, opus ſuum diſſeminantem, Philoſophos quæ debeant ad cauſarum naturalium perſcrutationem excitare; peſtem & ipſe narrat memorabilem ex veneficiis ortam lib. 8. decad. 1. *Ammianus Marcellinus*: aliam miræ originis lib. 20. Denique pauci ſunt ex celeberrimis auctoribus, qui vel morbos epidemios, aeris novas corruptiones, hominum diſpoſitiones: animalium, plantarum, lapidum, aquarum,

fuiſſe, verum etiam effoſſos ferro oculos: non enim minus a στερισκόμενοι dependent verba εἰσὶ δ' οἳ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, quam ſuperior dictio τούτων. Quod ſi affirmaveris; anne horrendum hoc prætermiſiſſet Thucydides in aliis minoris momenti rebus recenſendis accuratiſſimus? Quamobrem crediderim equidem nonnullos mortem effugiſſe extremis corporis partibus, ut Thucydides inquit, læſis remanentibus, multos etiam convaluiſſe manuum pedumque extremitatibus morbo abſumptis; multos teſtibus, aut cole corruptis, ſponteque decidentibus (τὰ quippe αἰδοῖα alicubi teſtes, alicubi coles Gaza vertit) nonnullos quoque amiſſis oculis: non enim video, cur non poſſit peſtis teſtes depaſcere cæteris illæſis viſceribus, quod per malignas febres accidiſſe vidi ſuperante natura morbum. Thucydidis autem modo laudati græca editio præſtantior eſt Baſileenſis 1540. f. & Pariſienſis Stephani 1564. f. omnium optima græco-latina Hudſoni Oxonienſis 1696. fol. laudatur latina Tubing. 1596. 8. atque Argent. 1614. 8.

aut fontium virtutes ac admirandas facultates non referant. Non igitur ſciviſſe pudeat quid *Plutarchus* de (*a*) fanatica Mileſiarum Virginum lue prodiderit: quid *Strabo* de Aelii Galli exercitu: quid *Polydorus Virgilius* de (*b*) ſudore Anglico: quid *Joſephus* de raro morbo Herodis magni: quid *Herodotus* de (*c*) Scytharum infirmitate: quid

(*a*) Furor erat ſe ſe ſuſpendio necandi, quem remediis nequicquam tentatis, prudens ſedavit vir quidam, ad populum rogatione perlata „ ut „ virginum, quæ ſibi ipſis mortem conſciſſe- „ rent, per medium forum nuda cadavera ef- „ ferrentur. „ Plut. *ethic.* lib. de cl. mul. pagin. 120. edit. Pariſ. 1544. f.

(*a*) Sic dictus fuit mirabilis hic morbus quod primum Angliam occupaverit, quam ſubinde aliquot annis per intervalla tentatam tandem affligere deſiit. Hunc morbum perquam diligenter deſcripſit Jo. Cajus *de ephemera Britannica*, recuſ. Lond. 1721. 8. ſimilemque cum peſte Athenienſium facit; neque perperam „ nam ſudorem „ inquit Freindius in hiſt. med. „ pro „ hujus febris ſymptomate tantum aut criſi ha- „ bet. „

(*a*) Τοῖσι δὲ inquit Herodotus lib. 1. p. 44. edit. L. B. 1715. fol. τῶν Σκυθέων συλήσασι τὸ ἱρὸν ἐν Ἀσκάλωνι, καὶ τοῖσι τούτων αἰεὶ ἐκγινόμενοισι ἐνέσκηψε ὁ θεὸς θήλεαν νοῦσον; ideſt: *ac vero Scythis templi Aſcalonienſis ſpoliatoribus, eorumque ſemper poſteris numen morbum immiſit fœmineum.* Ad hunc autem morbum explicandum, cum non docuerit Herodotus quiſnam fuerit, in medium adducit Mercurialis Hippocratem *de aer. aq. & loc.*, *qui & morbum, & originem veram, ejuſque nominis rationem explanat.* Var. lect. lib. III. c. 7.

Digitized by Google

quid tandem *Diodorus*, *Procopius*, *Oroſius*, *Cedrenus*, *Jornandes*, & ſexcenti ſimiliter exaraverint, ut collecta omnia in medicam ſupellectilem coacervet, & librum admirandum *Hippocratis* (*a*) *de aere*, *aquis*, *& locis*, in Hiſtoricorum monumentis ſparſim perlegat.

Sed jam audio juſtas philoſophorum querelas, quod nimis digredi videar abſque illorum enumeratione; debuiſſem certe illos prȩponere, cum ibi incipiat medicus, ubi deſinit Philoſophus, nec ullo pacto perfectus dici poſſit, qui prȩceptis Philoſophicis non fuerit ad unguem imbutus: ipſamet de cauſa volvi medicam Bibliothecam Philoſophis claudere, tanquam corona, & anima quadam totum corpus medicinæ informante.

pag. 79. Herodotus comparandus ex editione græca quidem Baſileenſi 1541. 1557. f. & Pariſienſi Stephani 1571. f. græco-latina Francof. 1608. f. & Lond. Galei 1679. f. latina vero H. Stephani 1566. & Francof. 1584. & 1595. 8. cum ſpicilegio Sylburgii.

(*a*) Admirandum hunc librum luculentis illuſtrarunt commentariis Alemannus, Pariſ. 1557. 8. Martinius ibid. 1646. 4. Zuingerus, & Septalius ſupra memorati; quem haud infeliciter imitati ſunt Claromontius diſſert. *de aere*, *ſolo*, *& aquis Angliæ*, Lond. 1672. 12. J. C. Spies *de aere*, *aquis*, *& locis Goslarienſibus*, Helmſt. 1724. & Chriſtianus Adolphus *triade* elegantium *diſſertationum* edita, Lipſ. 1725. 4. in quarum prima agit *de aere*, *aquis*, *& locis* Lipſienſibus, in ſecunda de ſalubritate Sileſiæ, in tertia de incolatus montani ſalubritate.

Abſentibus igitur naturę magnis iſtis numinibus *Ariſtotele*, *Averroe*, *Platone*, *Plotino*, *Seneca*, *Periandro*, *Plinio*, *Theophaſto*, *Aphrodiſeo*, *Plutarcho*, (*a*) vix crede Medico. Peripateticos tamen

